

414

NA 3
~~N.N. 2. 3.~~

CRUVEL (PIERRE) 1602–58.

7536. In Latin, on paper: written in 1654: $9\frac{1}{8} \times 6\frac{5}{8}$ in., 232 leaves: in contemporary leather binding, with arms (unidentified) on covers.

i (fol. 1), 'Compendium physicæ a dom. dom. Petro Cruuellio pastore et in Academiâ Montalbanensi phīe professore dictatum anno salutis 1654°'. ii (fol. 50), 'Prolegomena in physicam Aristotelicam'. iii (fol. 56), A series of 'prolegomena', commentaries and 'questiones' on Aristotle (Libb. naturalis auscultationis, De coelo, De ortu et interitu, and De anima), ending on fol. 204 'Finis curriculi physici'. iv (fol. 208), 'Compendium metaphysicæ, in 2 pts. v (fol. 221), 'Observationes in Theses publicas'. A few leaves are blank.

'E libris Rad: Thoresby pret: [*blank*]'. The library of Thoresby (1658–1725), antiquary, topographer and F.R.S., was sold by auction in 1764.

Bought from Hodgson, May 1915. [W. O.]

Cruvel was born and educated at Montauban, spent a year in Geneva, and was appointed professor of philosophy in the Protestant Academy of Montauban in 1645. A year after his death there occurred a trifling quarrel between Protestant and Jesuit students which resulted in the destruction of the fortifications of Montauban, the removal of the University to Puylaurens, and the transference of the buildings to the Jesuits.

7536

e libris Rad: Thoresby pret:

Compendium physicæ a dom. dom.
Petro Cruuellio pastore et in Academiâ
Montalbanensi phiæ professore dictatum anno
salutis 1654°

Cap. 1.um de præstantia et utilitate Physicæ

§. 1.a

Sicut geographi 1.o generalem synopsim universæ terræ exhibent deinde ad specialem regionum et terrarum descriptionem descendunt sic nos horum æmuli totam physicam Aristicam uno quasi intuitu conspiciendam repræsentabimus deinde singulas eius regiones duce Aristotele perlustrabimus et pictorum instar 1.o rudem quandam delineationem physiologiæ tradamus deinde vividis et vivis coloribus ex officina Aristica depromptis eam imbuamus

§. 2.a

In hoc primo cap. aliquot scientiæ naturalis utilitates delibabimus ex quibus manifeste constabit quanta sit illius præstantia ut ad eius studium physicæ candidati magis ac magis inflamentur et igniculi languentes qui in illud sunt facilius excitari possint ut solet flamma geminatis follium flatibus instaurari

§. 3.a

1.a physicæ utilitas est quod huius beneficio ad naturæ cognitionem pervenimus magni autem æstimandum est corporis naturalis principia et proprietates caelos illorum naturam et accidentia eorum partes divisiones nempe planetas et stellas fixas meteora ignea aerea et aquea quæ in aere vel in terra gignuntur elementorum nempe ignis aeris aquæ terræ et corporum mixtorum quæ ex iis componuntur essentiam et quamplurima alia scitu dignissima cognoscere hæc autem docet naturalis scientia

§. 4.a

2.o physica utilis est homini ad sui cognitionem quam præclarum sit seipsum cognoscere testatum reliquit vetus illud aureum foribus delphici templi inscriptum γνῶθι σεαυτόν dist nosce teipsum et sane irridendus esset homo si orbe tractus cæli soli et sali animo et cogitatione perlustraret sui autem ipsius ignarus esset ubi autem melius exprimitur homo quam in physicâ ubi melius spectandus exhibetur o solum in eo corpus ad diversorum repræsentam

sed potissimum ipsa causa eius natura et essentia facultate et munia depingunt et delineant

§. 5a

Deinde quod plus est physica confert ad Dei cognitionem cum enim totius huius universi dispositionem situm et elegantiam intuemur aptamque in ipso causarum et effectorum seriem et mirarum rerum varietatem per physicam contemplamur nemo dubitare potest quin praesit potentissimus aliquis conditor tanti operis illiusque sapientissimus moderator cuius et omnipotentiam revereri et sapientiam admirari et summam bonitatem amare debeamus sicut enim qui citharam affabre factam conspicit eiusque suavissimum audit concentum ipsum citharoedum et citharae artificem mente reputat utut sit sibi de facie ignotus ita qui huius mundi harmoniam intuetur a Deo mundum factum esse iudicat etsi eum non videat

§. 6a

Quid plura? physica etiam utilis est ad multas alias scientias et disciplinas addiscendas quae ut docet cognoscendas ut a sacra Theologia omnium scientiarum principe incipiam quis non videt in ea quamplurimas tractari quaestiones de ea hoc quae naturalis physicae cognitionem plane desiderant quamplurima etiam sunt in libris genesis psalmorum Jobi et Ecclesiastae plane physica quae physicae ignarus nullo modo intelligere poterit

§. 7a

Metaphysica omnium scientiarum humanarum domina et facile princeps sola architectonica et sine qua omnes ἀκέφαλοι sunt attamen ad pervestigandam intelligentiarum naturam impetrat a physica cognitionem primi motoris motuum caelestium et intellectus humani

§. 8a

Quam utilis sit medicinae nemo negat propter elementorum facultatum naturalium stirpium et corporis humani doctrinam testatur ipse Aristoteles in libro de sensu et sensili physicorum esse sanitatis et aegritudinis causas aperire

inde vulgatu illud in ore phorum ubi desinit physicus ibi incipit medicus

§. 9.a

Quantu conducat mathematicis disciplinis hstis ē tota cosmographia que nihil aliud ē quam corum que solertissime naa operata accurata et diligens descriptio Ethica plane ieiuna et sterilis eet sine cognitione potentiarum perturbationu, et operationu ae hois quam rerum cognito pendet a naa cognitione practica obscura sunt loga disputationes sine rerum naalium luce quin et Iurisperiti qui maxime se a physica immunire et alienos ee opinantur tamen ex hac scia multa accipiunt ubi de legibus naa Iure naali de hois communi Iudicio de caus efficitisq; reru politicaru saepissime disputant

§. 10.a

Utilis ē denique haec disciplina cunctis artibus tum quia ars imitatur naam vel adiuvat vel perficit tu quia omnium artium materia subiecta ē corpus naale nemo igit vestru ē qui phyam tanqua delphicum gladiu pluribus usibus idoneum amplecti o debeat

Cap. 2um

In quo continetur ordo quo in hoc systemate utemur

§. 1.a

hoc compendium a nobis eo ordine tradetr 1o agemus de phya et corpore naali in gre continebit autem haec tractatio doctrinam ab Arle traditam in 8o libris naalis auscultationis

§. 2a

2o. de corporibus simplicibus de caelo nempe et de elementis disseremus hoc autem in 4r libris de caelo ab Arle conscriptis explicantr

§. 3.a

3us tractatus complectetr gralem doctrina de corpore mixto eiusq; affectionibus quae apud Arlem habetr in duobus libris de graone et corruptione.

§. 4.ª

4.º agemus de corporibus imperfectè mixtis quæ vulgò meteora nuncupantur et in tribus prioribus libris meteorologicis a ph̄o scriptis explicantur.

§. 5.ª

5.º verba faciemus de corporibus perfectè mixtis et similaribus siue fossilibus quorum explicatio complete ō habetur apud Arlem sed 4.º lib. meteorologico tantum tangitur

§. 6.ª

In 6.º et ultimo tractatu de corpore aīato et dissimilari differemus hæc autem doctrina in tribus libris de aā ab Arle conscriptis et in paruis naalibus continetur

Cap. 3.um
quid sit phya et quæ sint eius partes

§. 1.ª

In hoc cap. videndum 1.º quibus nōibus insigniatur scia naalis 2.º quæ sit eius definitio essentialis et 3.º quas in partes diuidatur

§. 2.ª

Scia naalis vulgò vocatur phya ἀπὸ τῆς φύσεως idest a naā quia de rebus naā praeditis differit nuncupatur etiam physiologia id ē sermo de naā ex Cicerone lib. 1.º de naā Deorum

§. 3.ª

phyæ definitio essentialis hæc ē. phya ē scia corporis naalis quatenus ē naale. i.º phya vocatur scia atque iuxta sententiam Arlis qui eam in lib. 3.º physicæ auscultationis et in cap. 4.º præclaro hoc titulo insigniuit et hoc in loco contrariæ sententiæ assertores inscitiæ et erroris redarguit deinde propriè dictæ sciæ albo inscribi debet quia proprietates de subiecto verè scibili per veras caas necessarias et extra eam existentes demonstrat v.g. ostendit corpus humanum ēē corruptibile quia ex quatuor elementis compactum ē

§. 4.ª

2.º in hac definitione traditur obiectum phyæ materiale nempe corpus ō mathematicum quod nihil aliud ē quam trina

dimensio nempe longitudo latitudo et profunditas sed naturale id est ex materia et forma constans materia cum et forma honorifico naturae titulo insigniuntur

§. 5.ª

3.º etiam obiectum formale huius scientiae declarat quando addunt haec verba (quatenus est naturale) aliter enim a physico consideratur v. g. corpus naturale et aliter a medico a medico spectatur quatenus est sanitatis et morbi capax sed physicus illud quatenus naturam in se habet contemplatur

§. 6.ª

Partitio physicae maxime accomodata doctrinae Aristotelicae est in partem generalem et in partem specialem illa corpus naturale in genere eiusque principia et affectiones considerat haec vero reliquis tractatibus continetur et circa species corporis naturalis versatur

Cap. 4.um

De numero principiorum

§. 1.ª

1.or physica pars subdividitur in 2.as partes quarum 1.ª versatur circa principia et causas rerum naturalium 2.ª vero occupatur in explicandis proprietatibus corporis naturalis generatim considerati 1.º dicemus de illius corporis principiis et causis et deinde de eius affectionibus

§. 2.ª

In hoc cap. numerum principiorum declarare proposui inque sed prius videndum quid sit principium Aristoteles in cap. 5.º lib. 1.º physicae auscultationis hanc suppeditat principiorum definitionem principia sunt quae neque ex aliis neque ex se invicem sed ex iis omnia fiunt non fiunt ex aliis quia sunt prima non fiunt ex se invicem quia ex alio fieri principii naturam evertit denique omnia ex iis fiunt quia principium includit relationem ad principiatum hic notandum per omnia in hac definitione intelligi corpora naturalia

§. 3a

Postquã ita examinauimus principiorũ definitionem ex quã manifestè constet quæ sit eorum natã nunc de illorũ numero aliquid dicendũ ē itaq; 1o sciendũ ē alia ee principia externa ut causam efficientem et finalem et alia interna et de iis nos tantũ agere 2o notandum ē alia ee principia gñationis quæ ad rei gñationem ne=cessario requiruntur et alia constitutionis quæ rei gñatã naturam constituunt

§. 4a

Hoc ita posito tria tantũ ee principia intrinseca gñationis rerũ naturalium asserimus nec plura nec pauciora scilicet ee materiã formam et priuationem pronunciamus gñatio enim ē mutatio quædam naturæ viribus facta nulla autē mutatio ãd concipi pt sine uno termino a quo alteroque ad quem et medio vehiculo terminus a quo ē priuatio ter=minus ad quem ē forma et gñationis vehiculum siue subiectũ quod amittit priuationem ut recipiat formam ē materia

§. 5a

Si vero agamus de principiis constitutionis duo tantũ ee asserimus nempe materiã et formã quia corporis naturalis essentiã constituunt quod ô pt efficere priuatio quia post gñationem in re gñitâ ô manet nã a forma adueniente ex materia expellitur

cap. 5um

De materia prima

§. 1a

Ordinem naturæ seruantes 1o agimus de materia 1a quam dari hac ratione ostendimus quælibet substantia corporea di=stinguitur ab accidentibus Er. pt saltem ai cogitatione ab iis separari sola igitur separata vel ē simplex vel com=posita simplex ee ô pt cum partium multitudinem conti=neat ē igitur composita ab illa detrahamus formã illa detractâ aliquid superest vel nihil si nihil illa Er. erat per se existens quod ē absurdũ si vero aliquid hoc fulci=ebat et sustinebat formã illud autem vocamus materiã 1am

e siquidē illa subiecti fulciendi et sustinendi formas consti
tuenda igitur ē materia 1.a

§. 2.a

Doctrina de materiâ 1.a per obscura ē cognituq; difficilli
ma sensum enim om̄ino fugit et si in se spectetur valdè
tenuem vagam et indefinitam habet entitatem eius tamen
essentia ex variis ab Aristotele traditis illius description:
ibus aliquatenus nobis innotescit

§. 3.a

Duae sunt potissimum materiae 1.ae descriptiones quarum 1.a
negative exprimitur ab Aristotele in 7.o lib. Metaphys. et cap.
3.o hoc pacto materia ē quid neq; quantum neq; quale
neq; aliud eorum quibus ens determinatur sensus huius
definitionis hic ē materia 1.a nō ē substantia completa neq;
quantitas neq; qualitas neq; aliud aliquod ens certae et
determinatae speciei sed ē substantia incompleta quatenus
ē pars corporis naturalis

§. 4.a

Sed accuratior ē eius descriptio quae habetur apud eundem
Aristotelem in lib. 1.o phys. auscultationis et cap. ultimo hisce
verbis materia 1.a ē subiectum 1.um ex quo inexistente fit
unumquodq; et in quod unumquodq; ultimo resolvitur

§. 5.a

1.o materia 1.a vocatur subiectum quia ē formarum sustentaculum
2.o nuncupatur 1.um quia quamvis om̄ia corpora mixta ex
elementis oriantur et componantur illa tamen elementa ha:
bent se aliquid prius nempe illam materiam haec verba
(inexistente) distinguunt materiam a privatione quae in re
genitâ nō manet praeterea in hac descriptione dicitur unum:
quodq; fieri ex illâ ubi per unumquodq; intelligimus tam
corpora mixta quam elementa postrema huius descriptionis
verba sunt (et in quod unumquodq; ultimo resolvitur)
quibus ostenditur quia materia ē 1.um generationis principium
ideo in eandem res postremo redire debere et om̄em cor
ruptionem in eam necessario tandem terminari

Cap. 6.um

De forma

§. 1.^a

2.um principium constitutionis est forma quod materiam indeterminatam poliat et formet hic non intelligitur forma externa et sensibilis quae una cum figura 4.^am qualitatis speciem constituit sed forma interna quae est pars essentialis substantiae corporeae et idcirco ad substantiae categoriam refertur

§. 2.^a

Dari talem formam substantialem variis rationibus ostendi potest 1.º illud demonstratur ex compositione cum enim res physicae sint substantiae corporeae praeter materiam requiritur alia pars substantialis componens quae non est alia quam forma 2.º idem probatur ex rerum naturalium existentia haec enim existentia a substantia proficiscitur sed non a materia quippe quae nullam ex se habet existentiam promanat ergo a forma 3.º ex rerum distinctione idem declaratur si enim non esset forma substantialis cum una et eadem sit rerum materia omnes quoque res essent eaedem secundum essentiam nec differrent aut genere aut specie 4.º idem ostenditur ex rerum effectis singulae enim res habent propriam operationem quae vis manat a substantia non quidem a materia siquidem ea habet tantum vim patiendi est igitur a forma

§. 3.^a

Hic autem talis forma describi potest forma est actus simplex substantialis unum per se cum materia constituens dicitur actus ut distinguatur a materia quae est pura potentia per hanc quoque particulam distinguitur a composito physico quod neque potentia neque actus dici potest sed aliquid ex actu et potentia constans additur (simplex) ut distinguatur ab actu composito cuiusmodi est totalis essentia rei naturalis praeterea dicitur (substantialis) ut distinguatur ab accidentibus quae dici possunt actus simplices sed non substantiales

denique addunt haec verba (cum qua per se cum materia constituendo ens totum) ut distinguatur a substantiis separatis a Deo nempe et angelis qui licet sint actus simplices substantiales non tamen componentes rei naturalis possunt ingredi sed etiam ut distinguatur forma naturalis proprie dicta a forma artificiali, assistente aut etiam exemplari quae una cum materia non constituunt unum ens per se cum unione essentiali

§. 4.ª

Haec forma etiam ita describi potest forma est id quod pellit privationem a materia et per generationem in materiam primo introducitur dicitur primo introduci in materiam propter accidentia quae in materiam introducuntur non primario nec consilio sed 2.ario

Cap. 7.um

De privatione

§. 1.ª

Hactenus egimus de principiis constitutionis nunc de privatione agendum est quae non est constitutionis principium sed tantum generationis est terminus a quo incipit cuiuslibet rei generatio ~~duplex autem~~

§. 2.ª

Duplex autem est privatio una quae formam inducendam antecedit altera quae sequitur formam amissam hae duae privationes differunt quia prior coniuncta est cum potentia ad formam recipiendam posterior vero nullam habet potentiam coniunctam ad formam amissam recuperandam privatio animae in semine animalis est prioris generis privatio vero animae in cadavere est posterioris hic intelligitur privatio antecedens non subsequens

§. 3.ª

(Aristoteles in 5.º lib. Metaphys. cap. 22.º talem privationem ita definit privatio est absentia vel carentia formae in subiecto cum aptitudine materiae ad eam recipiendam

cap. 8.um

De natura

§. 1a

Nec sola materia nec sola forma sed ambae simul naturam constituunt ideo postquam de illis egimus separatim nunc de iisdem sub titulo naturae agendum est

§. 2a

Aristoteles in lib. 2o phys. ausc. et in cap. 1o naturam definit hoc pacto, natura est principium et causa motus et quietis in eo cui inest 1o per se et non per accidens

§. 3a

Singula huiusce definitionis verba examinanda sunt 1o natura dicitur esse principium nempe operationum effectivum et proprietatum naturalium quae naturam et essentiam corporis naturalis necessario consequuntur 2o non tantum dicitur principium sed etiam causa non enim omne principium est causa quamvis omnis causa sit principium 3o natura dicitur causa motus non tantum localis sed mutationis in genere et quietis ad quam tendit motus quaeque est finis cuius gratia unumquodque naturaliter movetur caeterum haec pars huius definitionis ita est intelligenda nempe naturam esse causam motus in illis quae moventur quietis in illis quae quiescunt et utriusque in illis quae moventur et quiescunt simul sunt enim quaedam quae semper moventur ut caeli quaedam quae semper quiescunt ut terra et quaedam quae modo moventur et modo quiescunt ut corpora mixta 4. natura dicitur esse causa in eo cui inest atque ita distinguitur ab arte quae non est in re artificiali sicut natura est in re naturali additur in hac definitione particula (primo) quia illa est in eo cuius est natura ut omnino nihil prius intelligatur et sic a definitione naturae excluduntur accidentia quae non sunt in subiecto tanquam aliquid primum quo nihil prius concipiatur sed naturam ipsam praesupponunt per quam subiectum in suo esse constituitur additur (per se) ut significetur naturam ad illius cuius motus et quietis causa est essentiam pertinere additur denique (non secundum accidens) ad excludenda ea omnia quae per accidens motus et quietis causae esse possunt

Cap 9.um

De Cais per se et per accidens

§. 1.a

Nunc de cais per se et per accidens dicendu e caa per se e cuius vi aliquid fit et per quod respondet ad quaestionem quamobrem.

§. 2.a

caa quadruplex e nempe efficiens materia forma et finis efficiens e caa a qua res e mau e caa ex qua res e forma e caa per quam res e et finis denique e caa propter qua res e sic hois cau efficiens e pater qui generat materia e semen forma aa raonalis quae caelitus infunditur finis e gloria Dei de cais exterioris nempe de efficiente et finali hic tantu agitur interdu fit ut agens naale suo fine et scopo frustretur tunc effectus tribui solet alicui caae per accidens huiusmodi autem caae sunt fortuna et casus

§. 3.a

fortuna e caa per accidens in iis quae ex consilio operantur ut si agricola fodiens terram ut sementem faciat thesauru inveniat quem non quaerebat illa Thesauri inventio e effectu fortuitu

§. 4.a

Casus e caa per accidens in iis quae sine consilio agunt ut si lapis ab alto decidat et laedat alicuius caput illa laesio erit effectu per accidens et casui tribuetur

§. 5.a

Hae caae per accidens non repugnant providentiae divinae nulla sunt effecta fortuita vel a casu respectu Dei sed respectu hominum aut aliorum agentium particularium quae suo fine frustrari possunt

Cap. 10.um

De Motu

§. 1.a

Hactenus de principiis et cais reru naaliu a nobis actu e nunc de affectionibus sive proprietatibus corporis naalis dicendu e

Sunt autem 4.or nempe mobilitas magnitudo locabilitas et temporalitas

§. 2.a

Motus bifariam considerari pt vel in actu vel in potentiâ motus in actu vel moveri actu ō ē affectio sive proprietas corporis naturalis sed mobilitas vel potentia ad motum quia ō ōe corpus naturale semper movetur actu sed ōe corpus naturale moveri pt attamen motus in actu vel moveri actu si sumatur una cum quiete per disiunctionem considerari pt proprietas corporis naturalis sicut par et impar numeri nam ōe corpus naturale aut movetur aut quiescit sicut ōis numerus vel ē par vel impar

§. 3.a

In hoc cap. haec praestabimus 1.o ostendemus quid sit motus et 2.o quotuplex sit motus ab Aristotele in 3.o lib. phys. auscul. et cap. 1.o sic definitur motus ē actus entis in potentia quatenus ē in potentia

§. 4.a

per actum in hac definitione ō debet intelligi forma quae acquiritur sed acquisitio formae cum tendentia ad formam quae via cum accessus ad formam ē actus cum perfectio rei mobilis quae debet intelligi per illud ens in potentia dicitur autem motus actus entis in potentiâ ō simpliciter et absolute sed quatenus ē in potentiâ ut intelligas motum ō ee actum rei mobilis nisi quatenus ulterius tendit ad formam v. g. acquisitio caloris ē motus quia ē actus cum perfectio aquae quae calefit quaeqi ē in potentia ad novam aliquam partem caloris quatenus continuò ad eius pergit

§. 5.a

Motus late accepti sunt sex species nempe generatio quae fit a ō ee ad ee in substantia corruptio qua substantia mutatur ab ee ad ō ee accretio qua maior quantitas substantiae accedit diminutio quâ minor alteratio qua subiectum mutatur ab una qualitate ad aliam a mutatio secundum locum qua corpus naturale acquirit novum ubi

Cap. 11.um

De Magnitudine

§. 1a

2a. affectio corporis naturalis est magnitudo quae constat trina dimensione nam omne corpus naturale habet trinam dimensionem nempe longitudinem latitudinem et profunditatem

§. 2a

Omne corpus naturale habet certos limites suae magnitudinis et parvitatis quos ultra citraque nequit forma consistere terminus autem magnitudinis et parvitatis rerum naturalium vel est extrinsecus vel intrinsecus nam corpus terminari potest secundum quantitatem vel extrinsece vel intrinsece

§. 3a

Quantitas corporis dicitur terminari extrinsece quando impeditur ab aliquo extrinseco ne maior fiat sic omnia corpora quae sub coeli ambitu comprehenduntur impediuntur a coelo quominus immensam molem et magnitudinem accipiant

§. 4a

Corpus aliquod dicitur habere quantitatem terminatam intrinsece quando ad sui conservationem requirit certum terminum magnitudinis aut parvitatis quem non potest excedere naturaliter sic in hominibus v.g. est certa et definita ratio quantitatis utrumque extremum versus ut neque in quantamcumque molem excrescere neque sub quantavis parvitate anima cum corpore cohaerere possit

Cap. 12.um

De loco

§. 1a

3a affectio corporis naturalis est locabilitas vel esse in loco per commensurationem partium corporis locati cum partibus loci

§. 2a

Aristoteles in 4o lib. phys. auscult. et cap. 4o locum ita definit locus est extremum 1um et immobile corporis ambientis

§. 3ª

Singula huius definitionis verba examinanda sunt 1º locus dicitur extremum id est superficies quia superficies est extremum sive terminus corporis 2º locus dicitur extremum primum vel superficies 1ª vel proxima atque ita excluditur superficies remotior a corpore locato excluditur etiam locus communis qui non est proxima superficies corporis ambientis neque proxime et immediate comprehendit corpus locatum sed eo maior est 3º dicitur superficies immobilis quia non movetur nisi per accidens et corpora naturalia moventur per se nam locus est receptaculum eius quod movetur idcirco ipse locus moveri non dicitur ne detur progressus in infinitum denique locus dicitur superficies corporis ambientis v.g. aeris hic sciendum est duplicem esse locum unum internum et alterum externum locus internus est circumscriptio corporis sine relatione ad corpus ambiens locus vero externus is est qui hic definitur per relationem ad corpus ambiens cuius superficies est

Cap. 13um

De ~~Lo~~ Tempore

§. 1ª

Ultima affectio corporis naturalis est temporalitas vel esse in tempore de qua nunc breviter dicendum.

§. 2ª

Tempus a nobis difficulter cognosci potest unde dicebat olim Augustinus in tempore sumus et quid tempus sit ignoramus hoc etiam Ægyptii designabant depictâ imagine serpentis caudam suam occultantis nihilominus tamen quid sit tempus aliquo modo sciri potest ex eius definitione quae habetur apud Aristotelem in 4º lib. phys. sect. et cap. 11º his verbis tempus est numerus motus per prius et posterius

§. 3ª

Tempus 1º dicitur numerus id est mensura 2º dicitur mensura motus et per motum intelligimus praecipue motum caelestium non dicitur mensura quietis quia eius est mensura per accidens et motus per se posterius additur in hac definitione per prius et posterius id est secundum partes quae in motu

designantur quatenus una pars motus fluxit alia fluit et alia fluxura est per hanc partem tempus distinguitur ab aeternitate aeternitas enim est quasi nunc stans nihil in illa praeteritum aut futurum nihil in ea prius aut posterius definitur enim a Boetio interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio

finis tractatus primi

Tractatus 2us
De corporibus simplicibus

Caput 1um
De Mundo

§. 1a

Corpus naturale generali divisione dividitur in corpus simplex et corpus mixtum ideo postquam in 1o tractatu consideravimus corpus naturale in genere et eius principia et proprietates exposuimus ordo postulat ut de eius speciebus tractationem instituamus et a corpore simplici quod secundum naturam prius est corpore mixto exordium sumamus

§. 2a

Corpus simplex est corpus naturale quod non est compositum ex aliis corporibus naturalibus neque in alia corpora naturalia resolvi potest

§. 3a

Quinque sunt talia corpora simplicia nempe caelum et 4or vulgo dicta elementa videlicet ignis aer aqua et terra quae simul sumpta mundi appellatione continentur

§. 4a

Mundus a Graecis κοσμος dicitur quod vocabulum ipsum primus usurpavit Pythagoras teste Plutarcho in lib. 2o de

placita phorum cap. 1º hoc autem vocabulum significat ornatum et elegantiam Latini mundum (ut Varro vult) a munditia et puritate dixerunt hinc poeta

non alio mundus debebat nomine dici
nomen ab ornatu conveniente habet.

§. 5.ª

In lib. de Mundo quem Iustinus Martyr et non pauci alii Aristoteli attribuunt memorabilis extat mundi descriptio his verbis mundus est compages cœli et terræ et omnium quæ in illis sunt a Deo et propter Deum conservata

§. 6º

Mundi affectiones sunt tres præcipuæ nempe unitas finitudo et perfectio mundum non modo esse unum sed nec plures esse posse. Aristoteles nititur demonstrare in lib. 1º de cœlo cap. 8º nos tamen ingenue confitemur a Deum qui hunc unicum creavit mundum potuisse et posse plures creare hic secundum mundum non esse unum natura et essentiâ sed ordine et multarum rerum serie quomodo nominatur una exercitus unus una quoque civitas aut respublica

§ 7.ª

Mundum esse finitum ex eo patet quod omnes eius partes finitæ sint ideoque simul sumptæ molem infinitam conficere non possunt

§. 8.ª

Mundum esse perfectum constat ex incredibili varietate naturarum quibus absolvitur sicut enim in cantu concors aliquis et dulcis concentus efficitur ex diversarum vocum modulatione. ita ex dissonantium et diversarum naturarum consensu huius universitatis decor pulchritudo et perfectio plurimum efflorescit

Cap. 2.

De cœli natura

§. 1.º

præcipua species corporis simplicis est cœlum 1.um loco perfectione et efficacia 1.um loco quia supremum perfectione quia 1.arum corporis perfectiones continet efficaciâ quoniam

1.um agit in [illegible] oia corpora ideo de eo 1.o agendum est

S. 2.a

In cœlo consideranda est 1.o eius natura natura cœli est eius materia et forma ideireo 1.o de materia cœli et 2.o de forma agemus

S. 3.a

Cœlum materia carere olim docuit Averroes sed hæc opinio ut pote parum Aristotelica et nullomodo rationi consentanea a nobis improbatur 1.o enim unumquodque sub sensu cadit ratione materiæ cœlum autem videtur solem enim et lunam et reliquas stellas quæ sunt cœli partes videmus ideo necessario habet materiam 2.o cœlum est corpus mobile corpus autem mobile est naturale et naturale est quod ex materia et forma constat cœlum igitur materia non caret 3.o quantitas raritas et densitas comitantur materiam hæc autem omnia in cœlo reperiuntur ergo in illo necessario debet poni materia

S. 4.a

Hæc materia eadem est secundum essentiam cum materia rerum sublunarium differt tamen secundum existentiam quia in rebus sublunaribus subiacet formis corruptibilibus in cœlo vero subiacet formæ incorruptibili

S. 5.a

Variæ sunt sententiæ de forma cœli quidam secundum Aristotelem existimant cœlos moveri ab intelligentiis sed male nam cœli non sunt deterioris conditionis quam alia corpora quæ non indigent externis motoribus ut naturales suos motus obeant at vero orbiculare motum cœlo esse naturalem fatetur Aristoteles

S. 6.a

Alii arbitrantur cœlos moveri ab anima intellectiva sed falso nam anima definitur a philosopho in lib 2.o de anima cap. 1.o actus 1.us corporis organici potentia vitam habentis cœlum autem non est corpus organicum nullus est in eo organorum apparatus

§. 7a

Dicendum est cælum moveri a propriâ formâ quasi brutâ instructâ tamen certis quibusdam qualitatibus quae ad motum suum natae ordinatae sunt

Cap. 3.um

De cæli accidentibus

§. 1a

De naturâ cæli satis dictum est nunc de eius accidentibus dicendum multa sunt cæli accidentia sed duo praecipue nempe motum et figuram considerabimus

§. 2a

Ad motum cæli quod attinet proculdubio est circularis nam cælum est corpus simplex motus simplex qui debetur corpori simplici vel est rectus vel circularis motum rectum non convenire cælo vel ex eo patet quod cælum neque est grave neque leve ei igitur competit motus circularis

§. 3a

Egimus de motu cæli nunc de eius figurâ agendum cælum habet figuram orbicularem quae simplicissima perfectissima et pulcherrima est cælum habet figuram orbicularem seu rotundam quia illi corpori quo reliqua omnia corpora continentur debetur figura capacissima atqui figura rotunda est omnium figurarum amplissima Et cælo debetur quod omnia sub suo ambitu complectitur haec figura est simplicissima quia cum reliquae figurae diversis partibus constent haec sola ubique est sibi similis est perfectissima quia omnes alias figuras in se complectitur quia ad motum est aptissima imprimis ad gyrationem quoniam principio et fine caret est pulcherrima quia nihil asperitatis habet nihilque offensionis nihil incisum angulis nihil anfractibus nihil eminens nihil lacunosum

Cap. 4.um

De Stellis

§. 1a

Egimus de cælo secundum se totum nunc de eius partibus insignioribus dicendum est hae autem partes sunt Stellae

§. 2.a

Stella ita definiri pt. stella ē densior cœli pars globosa et lucis particeps 1o. debet ēē densa ut sit lucis particeps nā ex materia cœlesti contractione et condensatione orta ē lux in singulis sydeŕibus 2o. diciẓ pars globosa astra talem figuram habere ipsi sensus indicant lunam enim ēē rotunda videmus cum autem oīa astra sint eiusdem nãe idem de oībus statuendum ē denique in hac definitione diciẓ stellas ēē lucis participes lucent autem vel sola natiuâ luce vel mutuatitiâ solâ natiuâ luce lucet sol stella omnium maxima et clarissima quæ unica interdiu conspicitur reliquas oēs suo lumine offuscans mutuatitiâ lucent reli: reliquas oēs quæ ob propriæ lucis debilitatem et exilitatem a maximo illo luminari tanquā luminis fonte illustranẓ hic breuiter sciendū quid sit illa stellarū lux, lux ita a phis definiẓ lux ē qualitas corporis lucidi et perspicui ostendens sese et colorata corpora

§. 3.a

Stellæ duorum sunt gnum nempe fixæ et erraticæ fixæ appellanẓ quæ firmamento adhærent stellæ erraticæ sunt septem planetæ videlicet saturnus Jupiter Mars sol venus Mercurius et luna ut hic versiculus indicat

post Sim Sum sequiẓ ultima luna sub(e)

§. 4a

Hic obseruandū solem in medio planetarū collocatū ēē ut inde tam superioribus quam inferioribus astris lumen commodius impertiat

§. 5.a

Stellarū fixarū numerus magnus ē ō tamen infinitus astrologi in firmamento obseruarunt stellas mille vi: ginti duas et uniuersū hunc stellarū numerū ut melius et sine confusione cognosci posset in quadraginta octo asterismos seu imagines disposuerunt hi autem asterismi siue constellaões sunt quædam conglobaões stellarum effigiem aīalis vel alicuius alius rei aliquā ex parte exp: rimentes

§. 6a

De his asterismis plura dicendi nō ē locus hoc enim ad astrologos pertinet et physicae considerationis nō ē. tantum de motu stellarum dicendum stellas in orbibus moveri sensus ostendit ita ut nihil opus sit uberiori explicatione sed utrum per se moveantur an vero cum orbibus ipsas deferentibus controversia ē nos nō statuimus stellas moveri per se ut pisces in aquâ aut aves in aëre sed per aliud nempe per motum orbium ipsas deferentium haud aliter quam clavus rotae currus per se consideratus quiescit sed per motum rotae cui affixus ē movetur

Cap 5um

De numero caelorum

§. 1a

Quamvis ad astrologum magis quam ad physicum pertineat numerum orbium caelestium designare nos tamen nō gravabimur monere astrologos modernos docere undecim esse caelos seu orbes caelestes quorum decem sunt mobiles et unus immobilis

§. 2a

1us et supremus orbis ē caelum quod vocatur Empyreum beatorum angelorum et electorum sedes

§. 3a

Huic proxime subiectum ē 1um mobile quod omnes inferiores orbes secum rapit ab ortu per meridiem ad occasum et ab occasu rursus per septentrionem ad Austrum

§. 4a

Sequitur caelum Crystallinum quod astra defert a septentrione ad Austrum

§. 5a

Huic immediate subiicitur firmamentum quod stellas fixas vehit

§. 6a

Firmamento suo ordine subiiciuntur sphaerae planetarum videlicet Saturni Jovis Martis Solis Veneris Mercurii et Lunae qui singuli propter motus diversitatem suos sibi orbes postulant

Cap. 6.um

De Sphæra

§. 1.a

Ut melius materia de cælo a nobis intelligi possit pauca quedam de Sphærâ artificiali quæ totam cœlestium machinã designat dicenda sunt

§. 2.a

Sphæra artificialis ē instrumentũ quoddam rotundum variis circulis constans quibus cælorum motus commodissime explicanț

§. 3.a

Ad huius Sphæræ intelligentiam duo consideranda sunt 1.o puncta quedam immobilia quæ mundi poli sive cardines apellanț et circuli qui in illâ sunt

§. 4.a

Poli dicunț duo puncta in supremo cælo sibi invicem opposita circa quæ tota cæli machina circumvolvitur illorum polorum unus nobis perpetuo conspicuus a vicinâ ursæ constellatione arcticus dicitț ursa enim græcè ἄρκτος apellatț. alter nobis absconditus ab alterius oppōne antarcticus apellatț ἀντὶ enim contra signat

§. 5.a

Circuli in Sphærâ 10 describunț quorũ 6.ex dicunț maiores nempe æquinoctialis, Zodiacus, colurus, Solstitiorum, colurus æquinoctiorum, meridianus, et orizon. 4.or vero sunt minores nempe tropicus Cancri, tropicus Capricorni, circulus arcticus, et circulus antarcticus

§. 6.a

Circulus æquinoctialis seu æquator ē circulus Sphæram in duas partes æquales dividens et ex æquo secundum omes sui partes ab polis mundi distans ita autem apellatț quod Sol per illum transiens dies artificiales æquales noctibus faciat

§. 7.a

Circulus Zodiacus ē unus ex maioribus Sphaerae ē circulis illam in duas partes aequales dividens ipsumq; aequinoctialem circulum in duo aequalia intersecans ita autem nuncupat a graeco vocabulo Zoon quod latine vitam signat quia omnem planetarum motus sub illo fiunt qui vivifico quodam influxu vitam caeteris rebus impertiunt sol in hoc circulo existens 12.m signa suo motu peragrat haec autem signa ita apellant Aries Taurus gemini Cancer Leo Virgo libra Scorpius Sagittarius capricornus aquarius pisces

§. 8.a

Duo coluri sunt circuli maiores Sphaeram in duas partes aequales dividentes seq. etiam per mundi polos et ipsum aequinoctialem circulum intersecantes ita dicti sunt ab imperfecta sui conversione graeci enim imperfectum κολουρον vocant nunquam enim integri apparent nam pars in antarcticum vergens nostro se ingerit aspectui 1.us solstitiorum dicit quod solstitia distinguat aestivale scilicet in 1.o Cancri puncto et hiemale in 1.o Capricorni gradu posterior vero aequinoctiorum dicit quod distinguat aequinoctia vernale in 1.o gradu Arietis et autumnale in 1.o librae puncto

§. 9.a

Meridionalis circulus ē ille qui per polos mundi transit et per Zenith capitis nostri Zenith autem ē punctum illud verticale quod supra caput nostrum directe constituit dicit autem circulus ille meridionalis a medietate diei artificialis quia ubicumq; sit homo et quolibet anni tempore cum sol primi mobilis impetu raptus ad eius meridianum pervenit tunc ei fit meridies

§. 10.a

Orizon ē circulus maior Sphaeram in duas partes aequales dividens duoq; inde hemisphaeria efficiens unum superius quod habitantium oculis subiicit et alterum inferius quod pedibus subiacet dicit autem orizon

ideo terminator deffinitor a graeco vocabulo ὁρίζεσθαι quod terminare signat eo quod visu nostrum terminet

§. 11.a

Hactenus de sphaerae circulis maioribus diximus nunc de eiusdem minoribus quaedam dicenda sunt hi autem (ut diximus) 4or. sunt nempe tropicus Cancri tropicus Capricorni circulus arcticus et circulus antarcticus duo priores ita apellati sunt quoniam quum sol ad eos pervenit τρέπεται id est convertit et reflectit cursum suum

§. 12.a

Tropicus Cancri dicitur circulus a sole in principio 1° Cancri existente et ibi primi mobilis motu circumacto descriptus vocatur etiam aestivalis quod sole in Cancro existente et talem circulum describente aestas inciperet.

§. 13.a

Tropicus Capricorni est circulus descriptus a sole in 1° capricorni gradu existente et ibi primi mobilis raptu et impetu concitatissime in orbem acto dicitur quoque hyemalis quod sole in hoc circulo existente et talem circulum describente hyems oriatur

§. 14.a

Circulus articus est ille qui transit per polum zodiaci prope polum arcticum circulus vero antarcticus est ille qui a polo zodiaci circa polum mundi antarcticum describitur atque haec de sphaera artificiali ut ratio compendii postulat breviter dicta sunto cum

Cap 7

De reliquis corporibus simplicibus.

§. 1.a

Hactenus de caelo a nobis actum est nunc de reliquis corporibus simplicibus dicendum quae vulgo elementa apellantur

§. 2.a

De elementis in speciali in tractatu sequenti erit dicendi locus

mene tantum quid sint ratione nominis et rei deinde quid sit eorum numerus, et 3.º quae illorum figura declarandum est

§. 3.a

Elementa dicuntur quasi alimenta quoniam corpora mixta ex illis aluntur fouentur et conseruantur definiuntur autem corpora simplicia homogenea ex quibus ure ord.e con- . 1.º componuntur et in quae deinde resoluuntur

§. 4.a

Numerus horum elementorum quaternarius est quatuor enim sunt elementa nec plura nec pauciora nempe ignis aer aqua et terra nam tot sunt elementa quot sunt combinationes qualitatum siquidem 1.ae qualitates sunt principia elementorum atqui 4.or sunt tantum qualitatum earum combinationes quarum una est frigidi cum sicco qualis est in terra 2.a frigidi cum humido qualis est in aqua 3.a calidi cum humido in aere et postrema calidi cum sicco in igne

§. 5.a

Figura singulorum elementorum eadem est quae coeli a quo figuram accipiunt sed diu est per magis et minus quia coelum est perfecte rotundum elementa vero imperfecte et aqua et terra figuram rotundam appetunt quia sunt corpora grauia ideirco ad centrum mundi tendunt quare conglomerantur in orbem quia earum partes se mutuo premunt ut unaquaeque mundi centro proxima sit aer et ignis sunt etiam figurae sphaericae in suis locis naturalibus nam cum coelum et terra rotunda sint oportet duo elementa quae intermedium locum occupant rotunda quoque esse

Finis 2.i tractatus de corporibus simplicibus

3.us tractatus de corpore mixto gnatim con=sid'ato

Cap. 1.um De gnaone corruptione et alte=raone

§. 1.o

Hactenus de corporibus simplicibus egimus nunc de corporibus mixtis dicendu corpus mixtu e corpus com=positu ex corporibus simplicibus in quae etia resolui pt idcirco mixtu apellatr respectu materiae ex qua fit

§. 2.a

Huius corporis duae sunt potissimu affectiones nempe obnoxiu ee ortui et interitui et alterari posse secundu qualitates contrarias harum affectionu corporis mixti precipua e obnoxiu ee gnaoni et corruptioni ideo Arles gnalem doctrinam corporis mixti inscripsit de ortu et interitu

§. 3.a

In hoc cap. tria videnda sunt 1.o quid sit gnao 2.o quom=odo drat a corruptione et 3.o quid sit alteraó ut possim=us melius quid sit gnao cognoscere qua ex eius defin=itionibus quae habentr apud Arlem 1.a petitr ex lib. 8.o physicae auscultaonis textu 2.o hic verbis gnao e mutao a n ee ad ee 2.a ex 1.o lib.o de ortu et interitu cap. 4.o gnao e mutao totius nullo sensibili manente tanqua subto per mutaonem totius in hac definione intelligenda e mutao integritatis vel dissolutio compoonis na totum dicitr quod compositu e ex maa et forma ideoq: totum mutatr quando compositu variatr et mutatr se=cundu speciem et formam in eadem definione dicitr nullu sensibile manere tanqua subtum quia sola maa 1.a manet quae e insensibilis 3.a desumitr ex cap. 5.o eiusdem lib. textu 25.o

grao ē mutao a subto potētā ad subtāyactu in
māa hē bēē definiones graonis naāiy accurat explicant

§. 4ª.

Discrimey inter graonem et corruptione ē quod graone forma substālis producitz corruptione vērō depaditz grao enī ē mutao a ō ēē ad ēē et corruptio ē mutao ab ēē ad ō ēē atqi ita corruptio graoni priuatiuè opponitz

§. 5ª.

Alterao sic definitz alterao ē mutao secundū qualitatis aliquo sensibili manente tanquā subto ut cū aqua ex frigidâ fit calida dicitz alterari

Cap. 2um

De mixtione

§. 1ª.

Corpus mixtū denominatz a mixtione idcirco de mixtione cusqi cōia in hoc tractū necessario dicendū

§. 2ª.

Mixtio ab Arīle in lib. 1º de ortu et interitu et cap. ultimo sic definitz mixtio ē missibiliū alteratorū unio vocatz unio quia per mixtione corpus mixtū fitz et oīs grao ē unio vel coniunctio plurium ad unam naāiy constituendā illa autem plura debent ēē mixtilia vel apta ad mixtionem debent etiam alterari ut in unā naāiy coeant

§. 3ª.

Elementa videlicet ignis aer aqua et terra sunt mixtilia tamen commodè misceri et uniri possunt nisi prius alterentz hoc ē nisi calor ignis temperetz frigiditate aquæ et siccitas ignis et terræ temperetz humiditate aeris et aquæ itaqi postquā elementa alterata sunt fit unio elementorū alteratorū quoniā oīs formæ elementorū redigunt sub ditione 5a cuiusdam formæ quæ vocatz mixtio

Cap. 3.um

De causis mixtionis

§. 1.a

Definitione mixtionis a nobis proposita et exposita superius iam ut de eius causis dicamus causa efficiens mixtionis vel est universalis vel particularis 1.um de particularibus et deinde de universalibus verba faciemus

§. 2.a

Causae particulares sunt 4.or alteratrices qualitates nempe caliditas frigiditas humiditas et siccitas quae vocantur 1.ae quia caeterae ex his oriuntur ut durities mollities gravitas et levitas

§. 3.a

Aristoteles in lib. 2.o de ortu et interitu et in cap. 2.o ita definit calidum calidum est quod congregat omogenea et separat etherogenea frigidum vero definitur quod indiscriminatim et promiscue congregat tam etherogenea quam omogenea v.g. in massa aliqua glaciei concretam invenimus saepe numero lapides ligna paleas si illa massa calore dissolvatur fit congregatio corporum levium in unum locum et gravium in alterum quod si rursus fiat congelatio omnia corpora tam gravia quam levia in unum coalescunt hic notandum in hisce definitionibus homogenea dici quae levitate et gravitate similia sunt et etherogenea appellari ea quae dissimilia sunt secundum gravitatem et levitatem

§. 4.a

humidum ab Aristotele definitur quod est consistit sub propriis terminis et facile se accomodat terminis alienis vel quod se conformat figurae corporis continentis

v. g. aqua quae consistit sub proprio termino sed fluit et infusa vasi rotundo aut quadrato accommodat se figurae rotundae aut quadratae

§. 5.ª

Siccum definitur quod consistit sub proprio termino et difficulter se accomodat termino alieno ut lapis inmissus in vas rotundum non induit figuram vasis sed suam retinet

§. 6.ª

Ignis habet caliditatem et siccitatem aer caliditatem et humiditatem aqua humiditatem et frigiditatem terra frigiditatem et siccitatem in unoquoque elemento una ex his qualitatibus praedominatur nam ignis est summe calidum aqua est summe frigida terra est summe siccum et aer est summe humidus

§. 7.ª

Haetenus de causis efficientibus particularibus mixtionis egimus nunc de causa universali dicendum haec causa universalis est caelum quod lumine suo et motu alterat omnia sublunaria sol autem fons luminis caelestis per motum suum annuum et proprium quo ascendit et descendit per duodecim signa zodiaci facit vicissitudines veris, aestatis, autumni, et hyemis quarum tempestatum aliae ad generationem aliarum aliae vero ad eorum corruptionem aptae sunt

§. 8.ª

Haetenus de causis efficientibus mixtionis tam particularibus quam universalibus egimus nunc de causa finali dicendum finis mixtionis vel est communis vel proprius finis communis mixtionis est perfectio et decus universi nam admirabilis corporum mixtorum varietas mundum ornat et mirandam summi opificis sapientiam et opportune declarat

§. 9.ª

Proprius finis generationis mixtorum in unaquaque specie est conservatio speciei per individuorum propagationem nam omnes res naturales sunt affectae ad sui conservationem imo

et ad aeternitatem et cum non possint eam assequi in individuo nituntur eam habere in specie producendo prolem sibi similem.

§. 10.a

Sub finem huius cap. observandum est nos non hic agere de materia et forma mixtionis de illius materia non agimus quia mixtio utpote accidens non habet materiam proprie dictam non instituimus etiam tractationem de illius forma quia ex eius definitione antea tradita patet quae sit eius forma

Finis tractatus tertii de corpore mixto gratim considerato

4.us tractatus de corporibus imperfecte mixtis quae vulgo meteora apellantur

Cap. 1.um de Meteoris in gre

§. 1.a

Cum de corpore mixto in gre pro compendii modulo iam dictum sit de eius speciebus deinceps agendum nempe de corporibus imperfecte mixtis et de corporibus perfecte mixtis imperfecte mixta dicuntur ea corpora in quibus elementa imperfecte unita sunt ita ut cito separari et disiungi possint hanc definitionem esse veram exemplo nivis constat

§. 2.a

illa corpora a Graecis vocantur Metora a μετὰ αἴρω quod est elevo attollo quia pauca sunt quae non in sublime attollantur alii a vocabulo graeco quod suspendiculum significat ea derivant quoniam Metorologia

ut plurimum de illis agit corporibus quae quasi in aëre suspensa sunt alii ideo Metora dici censent quod aos homines suspensos e dubios eorum fluctuantes faciunt unde ipse Aristoteles fatetur se de quibusdam eorum adhuc dubitare quaedam vero aliquomodo attigisse.

§. 3a

In hac doctrina meteorologica 1° de Meteoris in genere deinde de varijs dicemus Meteororum speciebus in explicatione doctrinae generalis agemus de causa Meteororum et 1° de materia

§. 4a

Materia meteororum est duplex una remota et altera propinqua materia remota sunt aqua et terra non quidem quatenus sunt pura elementa sed quatenus sub sensus nostros cadunt sic enim sunt impura materia autem Meteororum propinqua sunt fumi et vapores e terra et aqua eliciti virtute et efficacia corporum caelestium

§. 5a

Fumus est exhalatio sicca quae e terra educitur et vapor est humida exhalatio quae elicitur ex aqua

§. 6a

Hactenus de materia meteororum ad eorum formam quod attinet quaedam meteora dicuntur ignea alia aërea et alia aquea a praedominante elemento nam ubi fumus vel exhalatio terrestris dominatur ignea fiunt vel aërea et ubi dominatur vapor meteora fiunt aquea

§. 7a

Causa efficiens Meteororum vel est remota vel propinqua causae efficientes remotae sunt sol et alia sydera causae vero propinquae calor et frigus

§. 8a

Finis meteororum est duplex unus ultimus nempe divinae gloriae manifestatio alter vero proximus videlicet vel utilitas stirpium et animalium vel ut sint signa tempestatum vel etiam propter alios usus nobis incognitos

Cap. 2.um

De meteoris consideratis secundum diversa loca in quibus gignuntur

S. 1.a

Cum de Meteoris in genere iam dictum sit eorum species deinceps explicandae sunt. Meteora dividuntur non solum ratione formae sed etiam secundum loca in quibus generantur quaedam enim gignuntur in supremâ aeris regione alia in mediâ alia in infima et alia denique in terrae visceribus

S. 2.a

Ut haec divisio melius intelligatur pauca de aeris regionum qualitatibus dicenda sunt itaque 1.a aeris regio calida est propter elementum ignis infima aeris regio repercussione a terrâ et aquâ radiis solaribus incalescit nam radii solis maiorem gignunt calorem quando reflectuntur sed radii solis nunquam reflectuntur usque ad summam aeris regionem idcirco spatium aeris intermedium frigidum est per antiperistasin quia hinc et inde a regione calida clauditur et obsidetur

Cap. 3.um

De meteoris igneis quae in supremâ aeris regione generantur

S. 1.a

Meteora ignea quae in supremâ aeris regione generantur sunt faces, trabes ignitae, stellae, caprae saltantes, scintillae volantes, stellae cadentes, et cometae.

S. 2.a

Fax est fumus continuus rarus et tenuis in longum et latum extensus qui in superiore parte aeris accensus instar candelae cum facibus inflammatae ardet Plinius lib. 2.o cap. 26.o refert eo tempore quo Germanicus Germania

reversus triumphum egit populoque Romano spectacula gladia torum exhibuit ante ora populi transiisse faciem ipsa meridie quod Geographi computant accidisse tertio anno post mortem Augusti et in Mense Junio cum biennio post Germanicus a Tiberio vocatus fuit

S. 3.ª

Trabs ignita ē fumus longus et densus qui aequaliter accensus trabis speciem repraesentat hoc meteorum praesagit siccitatem coniunctam cum halitibus venenatis et crassis a quibus et sterilitas agrorum et lues pestilentialis oriri solet Jacobus Millius super caput Plinii ante citatum refert se vidisse hoc meteorum in Mense Januario 1º quidem anno millesimo quingentesimo et vigesimo Viennae in Austriâ et tertio Anno 1523.º Witebergae

S. 4.ª

Telum ē fumus mediocriter longus qui accensus in summo aere et sursum tendens teli imagine refert Summo aere ... Plinius in loco ante a nobis citato dicit hoc meteorum visum fuisse cum arderet 1.um bellum civile post interfectum Julium Caesarem quando Octavius Augustus authoritate Senatus liberavit Decium Brutum obsessum Mutinae a Marco Antonio in quâ pugnâ duo consules Romani Hircius et Pansa ceciderunt

S. 5.ª

Caprae saltantes sunt fumi in longum magis quam in latum porrecti qui accensi motu suo et scintillatione caprarum more saltare videntur hoc meteorum variam aeris constitutionem propendentem modo ad siccitatem modo etiam ad ventos denotat ad siccitatem quidem quia halitus aridi denotant adeo causam efficientem siccitatis ad ventos vero quia massae densiores resolutae efficiunt flatus

S. 6.ª

Scintillae volantes sunt fumi in multas partes sparsi ita nuncupati quia scintillarum ē magnâ aliquâ ē fornace evolantium figuram repraesentant

§. 7a

Stella cadens est fumus mediocriter conglobatus qui accensus stellae e caelo decidentis similitudinem habet hoc meteorum frequenter siccitatem signat et producit quia oritur ex exhalationibus quae sua temperie calidae et siccae humores attenuant et absumunt unde et aquarum imminutiones sequuntur quia subtrahitur materia pluviae et exsiccantur terrae meatus in quibus fontes grabantur ventos etiam signant et causant quia vapores resolvuntur in halitus siccos et copiosos qui sunt materia ventorum

§. 8a

Cometa est exhalatio pinguis viscosa constans partibus bene inter se cohaerentibus in suprema aeris regione propter magnam eius caliditatem inflammata

§. 9a

Ex hac cometae descriptione sequitur cometas non esse stellas (ut quidam volunt) nam 1o quia stella eundem servat splendorem eandemque magnitudinem sed cometae eundem splendorem eandemque magnitudinem non servant quia observatum est cometas 1o exiguos esse paulatim vero crescere deinde decrescere donec sint absumpti 2o stellae habent certos et regulares motus quod de cometis dici non potest 3o quia stella est globosa sed variae sunt cometarum formae et figurae ut mox videbimus

§. 10a

Cometa secundum figuram triplex est nempe crinitus caudatus et barbatus, si exhalatio fuerit rotunda et quidem paulo spissior in medio et ad extremas partes rarior dicitur crinitus quia radios flammarum undique emittit si vero longiori tractu versus unam partem se extendat exhalatio tunc dicitur caudatus. denique si exhalatio quae parte rarior est modice in longum porrigatur dicitur barbatus quia radiorum scintillas instar barbae deorsum mittit

S. 11.a

Cometae solent maxime autumnali tempore gigni quia tunc maxime aestate desinente abundant exhalationes quae vigente adhuc solis calore commode subvehuntur facile possunt dissipari aere tunc paulatim defervescente nec tamen nimio frigore vel humiditate inhiberi

S. 12.a

Tempus cometis ad certam regulam non est definitum quamvis ultra sex menses raro videantur quod autem tamdiu durent causa est imprimis exhalationum copia deinde tenuitas ignis qui appositam sibi materiam sensim ac tenuiter depascit denique continua novi pabuli subministratio

S. 13.a

Non eodem in loco persistunt cometae aliquando enim videntur moveri ut cum raptu quodam ab ortu in occasum feruntur licet multo lentius quam ipsa aeris regio vel cum sursum calore solis vehuntur aut deorsum pondere materiae graviores facti deprimuntur aliquando moveri videntur licet revera non moveantur videlicet cum materia cum successive ex una parte in aliam accenditur simul etiam continue absumitur ideoque flamma videtur progredi

S. 14.a

Cometae sunt malia malorum effectorum indicia v. g. ventos, terrae motus, sterilitatem, famem, pestem, nonnunquam etiam bella, et regnorum, ac rerum publicarum mutationem portendunt, minitari vero regibus ac principibus mortem pro certo habetur apud vulgus sic Cornelius Tacitus narrat cometam apparuisse qui praenuncius fuit mortis Neronis opinionem illam irridet Scaliger exer citatione 89.a Sect. 2.a multi (inquit ille) sunt visi cometae quos nulla subsecuta est principum mors quod enim cantilatur a plerisque reges delicatulos esse habereque humores ad inflammationem accomodatiores proindeque facilius

inoffici a cometis factis potius quam dictum est videtur multis annis. Sunt infantuli ratione nati qui regibus delicatiores sunt quibus tamen cometae mortem non adferunt dicendum est cometas si mortem praesagiunt non praesagire ut causas sed ut signa ob id divinitus instituta

Cap 4um

De meteoris igneis quae in mediâ aeris regione generantur

§. 1a

In mediâ aeris regione generantur fulmen cuius comites sunt tonitru fulgur et lapis fulmineus

§. 2a

materia fulminis est fumus sive exhalatio calida et sicca in mediam aeris regionem subvecta et ne altius ascendat impedita per nubem densam frigidam et humidam quoniam autem vires caloris uniti augescunt ista exhalatio calida et sicca gremio nubis inclusa flammam concipit atque ita nubem findit et magno cum fragore in aerem liberum et apertum prorumpit

§. 3a

fragor ignis erumpentis e nube dum ignis nubem frangit appellatur tonitru et coruscatio sive emicatio flammae quam conspicimus vocatur fulgur

§. 4a

Res clarior erit familiari hoc exemplo gratia fulminis similis est inflammationi ~~[illegible]~~ pulveris pyrei in bombarda nam nubes frigida et densa exhalationem siccam et calidam quae futuri fulminis materia est includens et constringens est quasi ipsa bombarda vel canalis metallicus fulmen et exhalatio intra nubem accensa et magnâ vi exitum quaerens est quasi flamma ex pulvere nitroso grata intra bombardam et exitum magnâ vi celerique motu quaerens fragor sive tonitru in nube fit ut fragor

flammd e bombarda comparatis fulgur ē coruscāo ā flama ē voluti micāo flammae exilientis ā bombarda deniq; lapis fulmineus qui nonnunquā emittitz ē quasi pyla Metallica quae a bombarda eiicitz forma huius lapidis solet eē acuminata odor sulfureus color ex caeruleo nigricans duritie prouocans ferri duritiem durissima aiuy queque frangit sicut cernimus prius flammā ē bombarda quā audimus sonū ita prius videmus fulgur quā audimus tonitru hoc fit quia oculorū acies facilius percipit obiectum suū ē citius quā auditus suum percipere pt

§. 5.a

fulmen ratione effectorū triplex ē nempe terebrans discutiens ē urens fulmen terebrans subtile ē ita ut gladiū liquefacere possit vaginā integrā manente ē ossa frangere intactā carne discutiens ē quod vehementi flatu quasi vento rapido oīa discutit ē secum rapit deniq; fulmen urens ē quod materiam quā tangit amburit neq; penitius penetrat

Cap 5.um

De Meteoris igneis quae in infima äeris regione gignuntur

§. 1.a

In infima äeris regione gignuntz dracones volantes, ignes fatui, siue erratici, ē ignes lambentes.

§. 2.a

Draco volans ē fumus in sublime euectus ē accensus qui frigidae nubis impulsu curuatz ē flectitz ita ut draconis speciem prae se ferat.

§. 3.a

Ignis fatuus siue erraticus ē fumus crassior qui in infimo äere accensus decliuiora loca petit dicitz autem fatuus quod huc ē illuc discurrendo hominem mente captū referre videatz idēo etiam vocatz erraticus a vago ē erratico motu

quia plerumq; videt sequi fugientes et fugere sequentes et propterea viatores ignaros itineris sæpenumero in avia et præcipitia abducit apparet sæpe navigantibus et plerumq; antennis navium adhæret quando unus apparebat dicebat olim Helena et credebat naufragium portendere vel saltem magnas procellas sed si in duas partes divisus erat vocabat Castor et Pollux et credebat serenitatem et salutem pollicitare

§. 4a

Ignis lambens est fumus rarus et subtilis qui accensus hominum vestimentis aut capillis quandoq; vero equorum jubis adhærescit sed tactu quodam innocuo ita ut lambere videatur

Cap. 6um

De Meteoris Vere igneis quæ in terra fiunt

§. 1a

In terræ visceribus et penetralibus meteora ignea fieri declarant montes ignivomi ut Ætna et Vesuvius et fontes aquarum calidarum quæ naturaliter in plerisque Europæ locis scaturiunt nam ille aquarum calor non aliunde est quam à materiâ sulfureâ aut aliâ simili quæ in terræ visceribus incalescit et nonnunquam inflamatur

Cap. 7um

De Meteoris apparenter igneis quæ phasmata vocantur

§. 1a

Meteora ignea duorum sunt generum quædam revera sunt talia quædam vero videntur esse quæ autem sunt, Iris, chasma sive hiatus, corona, parelius, paraselene, virgæ perpendiculares, et varii nubium colores

§. 2a

Iris mille trahens varios adverso sole colores Jam nobis spectanda exhibet illius ergo pulchritudine invitati eundem parumper contemplemur et suspiciamus est enim

Iris apud Platonem Thaumantis id est admirationis filia

§. 3.a

Iris est arcus multicolor in nube rorida opaca et concaua apparens propter reflexionem radiorum solis et lunae

§. 4.a

Iris repraesentatur tanquam arcus non tanquam integer circulus quia altera circuli pars est extra hemisphaerium visibile

§. 5.a

Ut sciamus qua ratione verum sit Iridem esse arcum multicolorem haec duo tenenda sunt 1o colorum quosdam esse inhaerentes corporibus et illa formaliter colorantes quosdam vero apparentes tantum et non existentes realiter v. g. radii solares per vitrum viride aut rubrum transeuntes tingunt eodem colore et quodcunque per huiusmodi vitrum videmus videtur nobis isti vitro concolor huiusmodi sunt colores Iridis cum arcus caelestis qui videtur pingere nubem varijs coloribus revera tamen non ipsa nubes colorantur sed radii solares in nube sole diametraliter opposito nubi aqueae et densae hos colores efficiunt.

§. 6.a

Quod 2o loco observandum est illud nempe colores praecipuos qui in Iride apparent esse tres videlicet puniceum viridem et caeruleum hi colores apparent in Iride pro diverso situ variaque dispositione partium nubis respectu solis haud aliter quam in collo columbae quando oppositum est solis radiis diversi apparent colores

§. 7.a

Subiectum Iridis est nubes concaua non quidem continua et uniformis sed rorida id est divisa in plurimas rorid guttas ita ut inter eas exigua quaedam interstitia sint

§. 8.a

Causa quae efficit Iridem ut plurimum est sol quandoque etiam luna nam Iris duplex est una solaris quae interdiu videtur et altera lunaris quae nocte tantum apparet radii solis et lunae dum feriunt nubem oppositam franguntur et

reflectuntur atq; ita apparet arcus multicolor. De Iride lunari observandū ē tam rarissime fieri quia luna ō habet tam efficaces radios ut nubem implere et pingere possit

§. 9ª

Iris signat naaliter pluviam imminentem quoniam ō apparet nisi in nube rorida quae in imbrem facilè dissolui pt sed Iris supernaaliter et ex instituto divino denotat mundum diluvio nunquā interiturum nam post universale diluvium Deus Iussit hoïes quoties Iridem in nubibus cernerent pro certo habere ō fore aliud diluviū hic notandū ē rem dignā ee admiraoe Deum voluisse Iridem ee signum exhibendarū pluviarum quae suâ naâ signum ē illarum effusionis ita nimirum Deo placuit ex contrario de contrario fidem nostram stabilire

§. 10ª

Arcus ē hostile instrumentum et signat bella rixas et inimicitias Er. caelestis arcus nos aliquando Iratum et offensum habuisse Deum et in nos diluvii aquas tanquam sagittas iaculatū ee denotat cum autem certu ferire et impetere aliquem volumus nervum et cornua in nos convertimus convexum autem arcus in hostem sed si cordam dirigamus in hostem et convexum arcus in nos convertamus hoc signū ē pacis et reconciliaonis arcus enim cuius chorda convertitur in hostem ferire ō pt quemadmodū signū ē reconciliaonis et amicitiae si gladii aciem in nos convertendo manubrium adversae parti tradamus arcus caelestis ita dispositus ē ut chorda in terram hoc ē in nos dirigatur convexum vero arcus in Deum hoc signū ē ō amplius aquarum diluvio Deum ferire velle genus humanū sed nobis pacatum et reconciliatum ee

§. 11ª

Hactenus de Iride sequitur casma sive hiatus tunc autem fit quando caelum videtur aperiri et dehiscere propter nubem aliquam in medio densam et nigram sed in extremis lucidam et transparentem

§. 12a.

Sic se habet casma nunc de corona dicendum quae apparet quando radii solis aut lunae vel alicuius stellae maioris incidunt in nubem subiectam indeque ad nos refranguntur et quoniam radii in nubem incidunt circulariter ideo apparet circulus

§. 13a.

Parelius nihil aliud est quam imago solis a latere in nube densa plena humida et quiescente propter radiorum solis reflexionem expressa tunc nobis videtur quod plures videamus soles nam nubes rotunda densa uniformis et aequalis non directe subiecta soli sed a latere constituta imaginem solis arripit tanquam speculum et eandem nobis reddit

§. 14a.

Sequitur paraselene quae est imago lunae ex reflexione radiorum lunarium in nube densa aequali et humida in plenilunio potissimum repraesentatur et pluviam naturaliter signat futuram

§. 15a.

Sequuntur virgae perpendiculares quas solis radii in nubem humidam directe incidentes et refracti efficiunt

§. 16a.

Supersunt varii colores qui in nubibus apparent. 4or autem sunt nempe color albus niger ruber et viridis albus color in nube apparet quando in nubem rarioremque et ex vapore subtiliori partim condensato constantem lux solis aut lunae incidit eamque penetrat et in totum eius corpus aequaliter diffunditur hic color serenitatis nuncius est quoniam tenues et rarae nubes parum humoris habent et facile a radiis solis vel a vento dissipantur

§. 17a.

Ruber color apparet quando nubes in se habent aliquod humidum fumosum commixtum cum aliqua adustione tunc enim radius solis incidens in talem nubem non facile penetrat sed repercussus duplicatur et rubrum colorem gignit hic color serenitatem interdum vero tempestatem denunciat serenitatem ostendit nubes rubra vespertina quia denotat nubem diurno solis aestu exsiccatam tempestatem vero indicat matutina quia ostendit solem orientem multos vapores in sublime ferre ex quibus nubes

§. 18.ª

Nigra color apparet in nube constante ex densâ et crassâ materiâ quae ob suam densitatem et crassitiem parum luminis transmittit hic color nubis imbres largos denunciat quia densae et crassae nubes plurimum humoris habent nec facile dissipari possunt.

§. 19.ª

4.us color ē viridis qui accidit quando nubes ē humida et stillare incipit lumine in se recepto hic pluviam denotat quia nubes in qua apparet humida ē et jam dissolui incipit.

§. 20.ª

Praeter haec phasmata in caelo apparet circulus lacteus sive γαλαξιας qui nihil aliud ē quam lucidus candor caelo sereno conspicuus et crebrarum stellarum lucibus productus quoniam autem iste candor perpetuus ē et perpetuo apparet caelo sicco et sereno verisimilis ē sententia eorum qui existimant hunc circulum non ēē in aere sed potius ēē partem lucidam firmamenti in qua sunt stellae quae parte splendidior ē propter stellarum minutissimarum frequentiam

Cap. 8.

De Meteoris aëreis quae in ipso aere gerantur

§. 1.ª

Postquam egimus de Meteoris igneis tum veris tum apparentibus ordo postulat ut tractationem instituamus de aëreis quae vel in ipso aere vel in terrae visceribus gerantur

§. 2.ª

In aere fiunt venti qui ad multa utiles sunt aërem enim leviant et purgant pluvias importantque navigationi inserviant et ab aquis stantibus fetorem expellunt

§. 3.ª

Ventus nihil aliud ē quam exhalatio copiosa calida et sicca quae ab occurrenti aëris frigore repulsa in

obliquum retorquet et cum impetu per aerem ruit

§. 4ª

Cur venti oblique spirent a nobis sic explicatur multi
halitus qui ventorum materia sunt solis aliorumque
astrorum attracti in altum elevantur et ad mediam
aeris regionem elati ab eius nativo frigore protru:
duntur ac dissultanti impetu resiliunt contingit tunc
ut venti a sua levitate incitati sursum nitantur ascendere
et cum impetu frigidi aeris propulsi ad inferiora con:
tendunt neutra pars vincat sed quasi partita con:
tentione oblique progrediantur et in transversum agitantur

§. 5ª

Venti dividuntur in regulares et erraticos regulares dicuntur
qui cernuntur procedere a certa mundi plaga sed erratici
appellantur qui observare videntur neque a certa mundi plaga
procedunt

§. 6ª

Venti regulares vel certo et definito tempore spirant
vel incerto et indefinito qui certis et statis anni
temporibus spirant vocantur anniversarii quod quot
annis eodem tempore redeant tales autem sunt
ornichiae vel chelydoniae Etesiae

§. 7ª

Ornichiae vel chelydoniae vocantur venti quidam sep:
tentrionales qui vere circa adventum hyrundinum per
aliquod temporis spatium spirant venti vero Etesiae sunt
venti quidam septentrionales qui circa ortum caniculae
quando sol ingreditur leonem per quadraginta dies spirant
et caniculae ardorem suavissimo flatu leniunt

§. 8ª

Venti qui non spirant certa aliqua anni tempestate dividuntur
in cardinales et collaterales 4or sunt venti cardinales qui a
4or mundi cardinibus spirant et venti inter hos intercepti
nuncupantur collaterales a cardine orientali procedit subso:
lanus ab occidentali Zephyrus vel favonius a cardine
boreali septentrio et a meridionali Auster octo vero
sunt collaterales qui bini interseruntur inter quatuor
praecipuos ita ut omnino sint duodecim his versibus

comprehensi

Flat Subsolanus Vulturnus et Eurus ab ortu
Circius occasum Zephyrusq; favonius afflant
a mediâ de parte die Notus africus auster
conveniunt Aquilo boreas et corus ab arcto

§. 9a

Hactenus de ventis regularibus sequuntur irregulares et
erratici tales autem sunt Exhydrias Ecnethias
turbo et prester de quibus breviter dicendum

§. 10a

Exhydrias est ventus vehementissimus qui e nube impulsa et agitata prorumpens cum imbribus et grandine grassatur et obvia quaeq; prosternit

§. 11a

Ecnethias est ventus repentinus et vehemens qui ex multis exhalationibus densis et confertim coacervatis collectus a nube violenter compressa sine imbribus aut grandine erumpens magno cum impetu deorsum fertur

§. 12a

Turbo est ventus repentinus qui a nube fracta exiliens et in gyrum contortus obvia quaeq; corripit sursum attollit et circum versat

§. 13a

Prester est ventus cum igne coniunctus qui deorsum violenter propulsus obvia quaeq; non modo prosternit sed etiam comburit

§. 14a

Vento affinis est aura quae nihil aliud est quam levis aëris impulsus propter exiguam exhalationum copiam qualis est in ripis fluminum et sylvis cum frondes arborum con-cutiuntur

Cap. 9um

De Meteoris aëreis quae in terrae penetralibus fiunt

§. 1a

Hactenus de Meteoris aëreis quae in ipso aëre fiunt et

diximus nunc de iis quæ in terræ visceribus nascuntur agendum est hæc meteora sunt venti subterranei qui ex materia calida et sicca gignuntur in concavitatibus terræ ubique tumultuantes et exitum quærentes terram movent et concutiunt

§. 2a.

Itaque terræ motus est peculiaris effectus ventorum subterraneorum eorum est enim concussio et agitatio terræ visceribus re-incluso et foras exilire contendente spiritu nam cum talis spiritus viam qua erumpat non inveniat retro fertur et in se resolvitur et exitu frustra tentato oras movet angustias et tunc sonum et motum concitat

§. 3a.

Signa futuri terræ motus varia sunt 1o. magna aeris tranquillitas quæ ostendit exhalationes terræ sinu contineri nec in aerem libere prodire posse

§. 4a.

2o. Si interdiu vel paulo post occasum solis appareat nubecula tenuis et longa quæ demonstrat cælum vacare ventis et vaporibus

§. 5a.

3um signum est commotio et murmur maris ventis silentibus id enim ostendit magnam esse spirituum copiam qui e terrâ egredi conantur

§. 6a.

4m signum est si aqua in puteis ebulliat in hanc rem legimus Pherecidem Pythagoræ præceptorum cum aquam hausisset a puteo futurum terræ motum prædixisse

§. 7a.

Effectus terræ motus varia sunt sæpissime morbi pestilentiæ eum consequuntur quia halitus venenatus e terræ visceribus erumpens aerem inficiat quandoque magna ignium et flammarum irruptio fit aliquando terra dehiscens integras urbes absorbet et rursus hiatum claudit nullo vestigio relicto sic legimus apud Eusebium in chronicis imperante Nerone Laodiceam et Hierapolim terræ motu concidisse

Cap. 10.um

De Meteoris aqueis quæ in ipso äere generantur

§. 1a

Supersunt Meteora aquea quæ vel in äere generantur vel in terra describuntur quæ in äere generantur vel sunt in mediâ äeris regione vel in infimâ in mediâ äeris regione generantur nubes item pluvia et ~~ros~~ nix

§. 2a

Nubes est vapor humidus et crassus in mediam äeris regionem inductus qui frigore illius loci constrictus attractione solis pendet in äere sustentatus

§. 3a

Nubes aliæ sunt steriles et aliæ fœcundæ steriles dicuntur quæ quum nondum condensatæ sint vel a sole vel a ventis facilè dissipantur fœcundæ verò sunt crassiores et humidiores quæ pluviam pariunt hæ sunt veluti promptuarium Dei in quo vires superarum et inferarum rerum quasi concentratæ latent sunt utres cælestes a quibus effunduntur aquæ superiores ad fœcundandum hæc inferiora sunt orbitæ et semitæ Dei stillantes pinguedinem

§. 4a

Pluviæ generatio sic se habet quando nubes densa et spissa a calore solis resolvitur guttatim vel a frigore constringitur ita ut guttæ exprimantur tanquam ex spongiâ compressâ tunc fiunt guttæ vel globuli aquæ qui naturaliter decidunt simile quid videri potest in tubis seu campanis quibus rosæ aut alii flores distillantur nam vapor e rosis elatus in sublime frigore ambientis äeris condensatur in guttas

§. 5a

Hactenus de pluviâ nunc de nive nix generatur quando ex nube leviter condensatâ decidunt particulæ minutæ quæ inter decidendum leniter condensantur et congelantur minutæ

instar floccorum lanæ carminatæ magna ē nivis utilitas
nix enim agros quodammodo stercorat et fertiliores
efficit impedit ne calor internus terræ exhalet semina
tecta defenditq: adversus gelu

§. 6a

In infima äeris regione grando grando pruina et ros de
quibus singulatim agendū ē

§. 7a

Quemadmodū nix ē nubes congelata ita grando ē
pluvia congelata cuius guttæ concrescunt simul ac
nubes stillare incipit guttis aquæ Deus et utitur in
pœnam sternit segetes metit aut messem vitis vastat
spemq agricolarū intercipit aliquando grandinis globi
cadunt librali pondere aut pugni magnitudine
quæ necat armenta diffringit arbores et tecta ædifi:
ciorum perrumpit

§. 8a

Sequitur ros qui nihil aliud ē quā vapor subtilis et
humidus qui antequam sublevatus sit in mediā äeris
regionem a sole occidente destituitur a frigore nocturno
condensatur in guttas quæ n̄ali gravitate decidunt

§. 9a

Si ros antequam ad terram perveniat leniter conden:
setur vertitur in pruinam ē Er. pruina vapor humid:
terræ proximum in äerem eductus a frigore constrictus
qui inter decidendū condensatur a frigore nocturno

§. 10a

His meteoris aqueis quæ in äere generantur addi possunt ne:
bula et glacies nebula ē vapor densus sub ortum aut
occasum solis potissimum in infimo äere excitatus et
frigore paulatim condensatus et si densior fuerit ita ut
proximum äerem obscuret vocatur caligo glacies vero ē
aqua congelata ꝓpter äeris frigiditatem

Cap. iiium

De Meteoris aqueis quae in terrae penetralibus generantur

§. 1a.

In terrae penetralibus et cavernis generantur vapores dulces qui convertuntur in aquam non aliter quam nubes nam aqua fontana et fluvialis ex vaporibus in terrae cavernis a frigore condensatis et in aquam conversis gignitur haec aqua guttatim in locum aliquem capaciorem fertur et tandem continua accessione in loco aliquo opportuno erumpit

§. 2a.

Non tamen credibile est omnes fontes cunctaque flumina generari ex vaporibus subterraneis quomodo enim fieri posset ut ex vaporibus in terrae gremio tanta aquarum copia generetur ut tot stagnis fontibus et fluminibus sufficeret. Dr. dicendum est magnam aquarum partem e mari per occultos terrae meatus derivari et ibidem relabi quasi originis suae conscias

§. 3a.

Nec obstat quod fontium et fluviorum aqua dulcis est et aqua marina salsa nam aqua marina ex qua oriuntur fontes et flumina dum transit per limum terrae percolatur et salsuginem amittit

§. 4a.

Nec obstat etiam id quod diximus nempe omnes fluvios in mare relabi quod mare non augeatur tanta aquarum accessione nam 1° mare non augetur accessione fluviorum neque supra littora se extendit quoniam ille terminus a Deo illi praefixus est 2° quantum fluit tantum per terrae meatus exhauritur et 3° solis calor quotidie e mari quamplurimos vapores attrahit et exsiccat

§. 5ª

hic de Mari 4.º queritur 1.º cur aqua marina salsa sit respondeo salsuginem fieri ex adustione partium crassiorum postquam subtiliores exhalatae sunt nam sol quotidie innumeros e mari vapores elicit ad Meteororum aqueorum generationem quod reliquum e radiis solaribus adustum et torrefactum salsuginem acquirit

§. 6ª

2.º queritur cui ascribendus sit motus maris reciprocus Resp. hunc motum ascribendum esse motui lunae nam competit lunam dominari corporibus humidis Ergo luna dum supra orizontem paulatim se effert radios suos in mare spargit a exhalationes disgregat et dilatat quibus dilatatis mare paulatim intumescit rursus dum luna paulatim descendit ad orizontem obliquiores subinde radios spargens minus efficax est ideirco tunc temporis mare detumescit atque ita mare motui lunae se accommodans modo accedit ad littus et modo recedit secundum diurnum lunae motum qui in quadrantes divisus est ita ut singulis quadrantibus senae tribuantur horae ideirco mare singulis diebus vel spatio 24.ª horarum quater movetur nam bis fluit ad littus et totidem vicibus refluit

§. 7ª

3.º queritur quis sit maris reciprocationis finis Resp. finem esse ne mare putrescat sicut enim aer ventis ita hic motus aquas maris a putrefactione purgat ita hic motus aquas maris a putrefactione tuetur

§. 8ª

4.º queritur an sit unum tantum mare Resp. aliud esse mare universale et aliud particulares universale est quod reliqua maria vastitate et magnitudine vincit ambitque totam terram unde mare magnum sive oceanus vocatur particulare est quod per medias terras irrumpens diffunditur et mediterraneum vocatur specialeque aliquod nomen sortitur a finitima aliqua terra vel regione qua alluit ut germanicum gallicum persicum

Finis tractatus 4.ⁱ

de Meteoris

Tractatus 5.us
De corporibus perfecte mixtis et similaribus sive de fossilibus
Cap 1.um
De Metallis

§. 1.a

Doctrinâ de corpore imperfectè mixto eiusq speciebus ad finem perductâ proximum est ut agamus de corpore perfectè mixto in quo elementa perfectè mixta sunt ita ut nonnisi difficultèr dissolui possint

§. 2.a

Illud corpus quod est perfectè mixtum vel est inanimatum vel animatum corpora perfectè mixta et inanimata vel sunt metalla vel lapides vel metallica quae omnia generali fossilium appellatione continentur quoniam e terrâ effodiuntur

§. 3.a

Materia fossilium sunt 4.or elementa potissimum verò terra et aqua quae a Chimicis vocantur Sulfur et Mercurius causa efficiens est partim calor materiam miscens et temperans partim frigus superveniens materiam convenienter temperatam indurans praeterea ad generationem fossilium plurimum confert sydereum vis et matrix sive locus genitalis

§. 4.a

De Metallis in hoc cap. tria proponemus 1.o ostendemus quid sint ratione nominis 2.o quid sint ratione rei et 3.o quae quanam sint illorum species declarabimus

§. 5.a

Quod ad primum attinet metalla apellantur a verbo μεταλλαω quod est scrutor et inquiro quia metalla multo labore multisq sumptibus in terrae visceribus inquiruntur Plinius existimat hoc vocabulum derivari a μετα et ἀλλο id est Juxta aliud quoniam ubicunq

una vena unius metalli invenit̃ ō procul reperit̃ altera

§. 6.ª

Quod ad secundũ spectat metallum ita definit̃ Metallũ ē corpus perfectũ mixtũ inãatum in terra visceribus natum ex 4.ᵒʳ elementis precipue ex terrâ et aquâ calore contemperatis et frigore induratis

§. 7.ª

Superest jam ut quenam sint metallorũ species inquiramus sex sunt metalla propriè dicta nempe aurũ argentũ plumbum stannum æs et ferrum chimistæ septimũ addiderunt videlicet argentũ vivũ quod et idrargyrum apellat̃ sed hoc idrargyrũ videt̃ potius eẽ liquor quã metallũ ē enim fluidum ut aqua et facile separat̃ et in guttas rotundas format̃ alia metalla servant figurã quæ ipsis dat̃ sed argentũ vivum ē instabile et subinde figuram mutat

§. 8.ª

hæc Metalla quorum mentionem fecimus vel sunt pura vel impura Metalla pura sunt in quibus exquisitior facta ē concoctio talia sunt aurum et argentum reliqua Metalla sunt impura propter debiliorem concoctionem materiæ horum autem nonnulla plus habent aquæ vel argenti vivi quã terræ vel sulfuris ac proinde Molliora sunt ut plumbũ et Stannum alia plus habent terræ quã humoris ideireò duriora sunt ut æs et ferrum

§. 9.ª

Aurum ē metallum purissimũ constans ex partibꝫ bene compactis ex argento vivo puro unà cum sulfure purissimo optime temperato genitũ huius metalli proprietates sunt ō corrumpi ab igne paucissima edere excrementa nullã pati æruginẽ omniũ metallorũ maximè ductile eẽ suavissimũ habere saporẽ et cor humanũ in medicamentis cardiacis corroborare

§. 10.a

Argentum est metallum purum ex argento vivo claro candido et ex sulfure puro genitum non tamen argentum est aeque purum atque aurum non tamen resistit igni multas habet sordes quamplurimasque excrementa sed soliditate tenuitate substantiae et qualicumque dulcedine ad aurum proxime accedit

§. 11.a

Plumbum est metallum impurum ex plurimo crasso et impuro argento vivo et pauciori ac faeculento sulfure genitum

§. 12.a

Stannum est metallum ex multo argento vivo impuro et ex sulfure non bene cocto productum

§. 13.a

Aes est metallum impurum ex plurimo sulfure rubro et crasso et pauco argento vivo impuriore genitum eiusdem cum aere indolis est metallum aurichalcum

§. 14.a

Ferrum est metallum impurissimum et durissimum ex plurimo sulfure crasso et pauco argento vivo factum ferrum igne purgatum et aqua temperatum fit chalybs chalybs autem nihil aliud est quam ferrum densissimum igne purgatum et aquâ temperatum ideireo chalybs propter maiorem humiditatis concoctionem communi ferro densior et durior est

cap 2.um
de lapidibus gratim

§. 1.a

Sub 2.o gradu fossilium continentur lapides qui sunt corpora perfecte mixta et inanimata dura et sicca ex terrestri exhalatione unctuosa quadam humiditate permixta per temporis diuturnitatem vi caloris et frigoris ac virtute minerali coagmentata virtus mineralis nihil aliud est quam vis quaedam caelitus concessa loco et matrici metallorum et lapidum ad formandum hoc vel illud metallum hunc vel illum lapidem hic autem locus praecipue est terra solida

superficiei ex qua vapor expirare nequit

§. 2a

Natura in lapidis productione sub terra eodem modo se gerere videtur quo artifex laterem faciendo hic enim 1o cum terra commiscet aliquid glutinosum quo terrae partes cohaerere possint deinde studet illud contemperare et ad tempus permittit humidum permanere in materia glutinosa postea vero supervacaneum humidum partim sole et partim igne decoquit sic natura in lapidibus gignendis sese gerit terra enim 1o temperatur humido unctuoso deinde superfluum humidum separatur et reservatur quantum sufficit ad partium materiae continuationem et coniunctionem tandem materia digesta in lapidem concrescit quod si terra o temperetur humido fixo et permanenti non fit lapis sed pulvis cum arena

Cap. 3um

De variis lapidum differentiis et 1o de communioribus

§. 1a

Postquam egimus de lapidum genere nunc de variis lapidum speciebus agendum est 1o quidam lapides sunt vulgares quidam vero insigniores et rariores lapides vulgares et communiores dicuntur qui ex crassiori et impuriori materia fiunt et ob copiam et frequentiam viliores sunt dividuntur autem in porosos et solidos lapides porosi sunt qui ex materia parum compacta constant ideoque propter materiae raritatem caverniculas habent huiusmodi

Lapides sunt tophus et pumex

§. 2.a

Tophus est lapis asper et inaequalis sabulosus et facile friabilis

§. 3.a

Pumex est lapis cavernosus levis et aequalis integer quidem propter aerem in cavernis inclusum supernatat sed in pulverem comminutus fundum petit

§. 4.a

Hactenus de lapidibus porosis sequuntur solidiores quorum partes sunt magis continuatae et compactae de his lapidibus deinceps dicimus et eorum catalogum quendam instituemus

§. 5.a

Petra est lapis solidus maior et durior monti vel colli adhaerens

§. 6.a

Saxum est maius lapide specialiter accepto asperius et durius quod ex rupibus et lapidicinis excinditur

§. 7.a

Lapis specialiter acceptus est saxo minor et brevior quales sunt lapides fluviales et qui sparsim in terrâ iacent et ex eâ effodiuntur

§. 8.a

Silex est lapis solidus et durus cuius species est pyrithes hoc nomen dictus ad ignem excitandum hic tritus dum est scintillas ignis attritu scilicis excitari non quod tales scintillae in silice actu sint sed quia collisione silicis et ferri aer ita attenuatur ut ignescat

§. 9.a

Smyris est lapis impense durus quo vitrum finditur

§. 10

Sarcophagus est lapis solidus qui carnem absumit id circo defunctorum corpora in eo condita intra paucos dies consumuntur

§. 11.a

Cos ē lapis durissimus cujus in acuendo ferro usus frequentissimus ē hujus species ē lapis Lydius quo vera metalla ab adulterinis dignoscuntur

§. 12.

Cap. 4.um

De lapidibus insignioribus et minus pretiosis

§. 1.a

Hactenus de lapidibus vulgaribus et communioribus proximum ē ut agamus de lapidibus insignioribus qui duorum sunt generum nam alii minus pretiosi et alii pretiosiores sunt de minus pretiosis 1.o dicemus et hos lapides singulatim breviter describemus

§. 2.a

Amianthus ē lapis friabilis et ferrei coloris qui igne consumi nequit

§. 3.a

Calamochnus ē lapis ex arundinum spuma in palustribus locis genitus

§. 4.a

Corallium ē lapis in aqua viridis et mollis fruticis potius quam lapidis speciem præ se ferens sed quam primum extra aquam aëri exponitur rubiditatem et lapidis duritiem acquirit

§. 5.a

Chrystallus ē lapis candore et perspicuitate adamanti similis sed mollior frigoris vehementiâ concretus ideirco chrystalli nomen accepit quod sit veluti glacies frigore concreta et condensata

§. 6.a

Lapis cyaneus ē lapis cærulei coloris aureis maculis intermicantibus

§. 7.a

Galachtyte ē lapis coloris cinerei inclinantis ad albedinem

qui ex effectu nomen adeptus ē nam lac auget et partum accelerat

§. 8a

Hæmatites ē lapis ferruginei coloris venas habens sanguineas ideò Hæmatites dictus vel a tali figura vel ab effectu quia sanguinem sistit

§. 9a

Magnes ē lapis obscurus et ferrugineus cuius duæ sunt virtutes 1a ē quod ferrū attrahit unde et Sydeites dictus altera virtus ē quod acus ferreæ extremitas magnete illita in æquilibrio suspensa semper tendit ad Polum

§. 10a

Selenites ē lapis instar vitri perspicuus idcirco ve- teres hoc lapide vitri loco utebantur in fenestris et pro- pterea specularis apellabatur

§. 11a

Præter hos lapides qui in terrâ generantur sunt etiam alii qui in animalibus gignuntur hi autem sunt alectoreus qui in ventriculo galli gallinacei quandoque invenitur chelydonius qui in ventriculo pullorum hirundinis generatur Buphonius qui in cap. buphonis quadrupes qui in cere- bro vulturis reperitur Caurites qui in cap. limacis vel Caura nascitur Aetites qui ab aquila nomen acc- epit vel quod in aquilâ generatur vel saltem quod in eius nido reperiatur

§. 12a

ō tantum in animalibus terrestribus et volucribus generantur lapilli sed etiam in piscibus quos hic recitare nimis longū est tamen maximè receptam de margaritarum generatione sententiam recitabimus

§. 13a

Conchæ vel ostrea marina vere concipiendi desiderio vehementius stimulantur idcircò ad littus prodeunt et se extendunt in hiatum illabitur ros cælestis qui in margaritas concrescit hæ autem margaritæ in vasa fictilia statim conijciuntur et sale undique sparguntur ut

caro adhaerescens rodatur et omnem squalorem exuat

Cap 5um

De lapidibus insignioribus et pretiosioribus

S. 1^a^

Dicuntur lapides magni pretii qui ex subtiliori et splendidiori materia singulari caeli beneficio gignuntur et gemmae vocantur

S. 2^a^

Gemma est lapillus pretiosus tum materiae subtilitate et elegantia tum etiam viribus insignis nam plerasque gemmae occulta quadam virtute praeditae sunt nos hic praecipuas gemmas enumerabimus easque breviter describemus

S. 3^a^

Achates est gemma versicoloribus venis ita distincta ut plurimarum rerum imagines repraesentet venenis adversari dicitur

S. 4^a^

Adamas est gemma transparens et nitida omnium durissima et pretiosissima praesertim ille qui nucleum avellanae magnitudine adaequat tanta huius gemmae duritiae est ut ne mallei quidem ferrei super incude ictibus cedat neque igne alteretur hircino tamen sanguine dissolvi aiunt quod quidem si verum est occultae huius sanguinis proprietati tribuendum est

S. 5^a^

Amethistus est gemma transparens diluto violae colore umbilico admotum vini vaporem ad se trahere et discutere et sic a crapula vindicare author est Arbor

S. 6^a^

Carbunculus qui et pyropus apellatur est gemma lucidissima ignis flammam repraesentans cuius species est rubinus gemma rubra per tenebras in speciem scintillae alicuius micans

S. 7ª

Chrysolitus ē gemma lucida et aurei coloris qui ob suam frigiditatē sitim febricitantiū extinguit si sub eorū lingua ponatz

S. 8ª

Opalus ē gemma splendida et candida ita tamen ut carbunculi rubor amethisti color purpureus et smaragdi viriditas intermiscean̄z

S. 9ª

Saphyrus ē gemma pellucida cærulei coloris nonnunquā tamen hæc gemma aureis punctis distincta ē

S. 10ª

Topasium ē gemma coloris viridis quæ pp̄ter mollitiem facile poliri pt

S. 11ª

Turchoidis sive Turchous ē gemma cærulei coloris oculos et cor recreans

cap 6um

De succis Metallicis

S. 1ª

Supest 3ª pars huius tractatus quæ ē de metallicis seu de corporibus quæ media sunt natā et indolis inter metalla et lapides huiusmodi autem corpora in duplici sunt diñ nam quædam liquari possunt et apellan̄z succi metallici alia vero ñ possunt liquari nec tamen in lapidis duritiem concrescunt et vocan̄z terræ metallares de succis 1º deinde de terris agemus

S. 2ª

Præcipui succi metallici sunt argentum vivum sulfur sal alumen bitumen ~~et vitriolū~~ de quibus deinceps breviter agemus

S. 3ª

argentū vivum ē succus metallicus pp̄ter suam humiditatē admodū mobilis nam in eo dominatz exhalatio humida et aquea ideirco dicitz græcè ὑδράργυρος quasi dicas argentū aqueum

§. 4.

Sulfur est Succus Metallicus in quo dominatur exhalatio sicca et terrestris

§. 5.ª

Sal est Succus Metallicus vel corpus Metallare friabile et liquabile ex Succo aqueo et terreo mixtum et per calorem decoctum

§. 6.ª

Alumen est quidam salsus terrae sudor sive vapor qui concrescit fere in lapidis duritiem

§. 7.ª

Bitumen est Succus Metallicus pinguis tenax et picis instar ardens

Cap. 7.um

De terris Metallaribus

§. 1.ª

Hactenus de Succis Metallicis a nobis actum est Superest ut agamus de terris Metallaribus terrae Metallares sunt fossiles quaedam terrae portiones qualitatibus singularibus conspicuae quae liquari nequeunt ut Succi Metallici et Metalla neque etiam lapidum duritiem habent

§. 2.ª

Huiusmodi terrae sunt terra Sigillata terra Armenia terra etmpelytis terra Samia ocra rubrica argylla Creta gypsum calx Sandaraca Synnabaris antimonium sive Stibium et auri pigmentum

§. 3.ª

terra Sigillata est terra rubra quae in insula Lemno potissimum effoditur ideo Lemnia apellatur Sigillata autem dicitur quoniam antiquitus Sacerdotis Dianae sigillo obsignabatur ad fucum evitandum

S. 4.ª

Terra Armena ē terra subrubra quæ in Armenia reperit[ur] unde et appellationem accepit

S. 5.ª

Terra Ampelytis ē terra bituminosa et nigra ampelytis dicta quia vitibus circumlita vermes perimit

S. 6.ª

Terra Samia ē terra candida viscosa et glutinosa qua nobilissima vasa olim fiebant nomen accepit a Samo insulâ in quâ reperit[ur]

S. 7.ª

Ocra ē terra pallidi coloris ex quâ exustâ in ollis novis luto circumlitis fit rubrica fabrilis quæ nihil aliud ē quã rubra quædam terræ portio

S. 8.ª

Argylla ē terra pinguis ficitilibus vasis formandis idonea idcirco vocari etiam solet terra figularis

S. 9.ª

Creta ē terra candida sic dicta ab insulâ Cretâ ubi invenit[ur] optima

S. 10.ª

Gypsum ē terra candida tenax et glutinosa vasis fingendis et poliendis idonea

S. 11.ª

Calx ē terra sicca quæ aquâ accendit[ur] viva dicit[ur] non quod propriè vitam habeat sed propter occultum calorem quã autem cum calx effusâ aquâ accendat[ur] videt[ur] hæc esse in meatibus calcis vehementer siccæ ignis ē qui effusâ aquâ excitat[ur] id enim aquæ ingressum fugiens constipat[ur] et condensatione acuit[ur] atque ita calcis gleba quæ extra aquam emicat incalescit recepto igne et calore qui sese subduxit propter contrarium frigoris oppugnationem

§. 12.ª

Sandaraca ē minerale rubrum odore sulfureo

§. 13.ª

Cynnabaris ē minerale rubri coloris aptum ad tingendū

§. 14.ª

Antimonium ē minerale coloris plumbei splendore radiante arenosum et friabile

§. 15.ª

auri pigmentum sive Arsenicū ē minerale unctuosū calidum et siccum quod venenū presentissimum ē

Finis tractatus ꝗ quinti

Tractatus 6.ᵘˢ

de corpore perfecte mixto et aīato

cap. 1.ᵘᵐ

de duplici aīæ definitione

§. 1.ª

Corpus n̄aale ḡrali divisione dividit in corpus simplex et corpus mixtum corpus mixtum in corpus imperfectē mixtū, et perfectē mixtū corpus perfectē mixtū in aīatū et in inaīatum hucusq; egimus de corpore n̄aali in ḡre de corpore simplici eiusq; variis speciebus de corpore mixto ḡratim considerato de corpore imperfectē mixto et de corpore perfectē mixto et inaīato ut igit de oibus corporis n̄ralis speciebus aliquid dicamus superest ut agamus de corpore perfectē mixto et aīato

§. 2.ª

In hoc tractatu tria prestabimus 1.º de aīa eiusq; facul:tatibus agemus et sic in epitomen libros de aīa ab Arle

conscriptos contrahimus 2.º varias corporis perfecti miati et aati species persequemur et 3.º de affectionibus corporum aatorum disseremus quorum doctrina in libris parvorum naalium apud Arlem continetur

§. 3.ª

Antequam aae definitionem ab Arle propositam tradamus sciendum est 1.º partem physicam quae est de aa operosiorem esse et difficiliorem aliis partibus quia aa est invisibilis et eius naam sensus nostri non penetrant oia autem nostra cognitio incipit a sensu adde quod insitum est oi agenti agere extra se et rectam (ut ita loquar) lineam sed oportet ut aa ut seipsam cognoscat reflectat vim suam in seipsam et agat in semet ipsam

§. 4.ª

Sciendum 2.º hanc aae cognitionem praestantissimam esse et valde necessariam haec physica pars plusquam caetera nos ducit ad Deum qui aabus nostris imaginem suam impressit corpus habemus in multis rebus simile belluis sed aa nostra cognata est spiritibus angelicis itaque in hac contemplatione aa quodammodo se supra seipsam attollit et eius ergo cognitio praestantissima sed etiam valde necessaria alioquin enim est nostra conditio si perambulantes totum mundum nos ipsos ignoramus et si circa externas seduli in rebus nostris hospites et plane rudes simus et cognitionem rei per quam caetera cognoscimus negligamus

§. 5.ª

Iam videndum est quid sit aa quid sit melius nobis innotescere non pt quam ex duplici eius definitione quarum una desumpta est a respectu ad corpus et altera a proprietatibus aae

§. 6.ª

aa respectu corporis aati sic definitur a pho aa est actus 1.us corporis organici potentia vitam habentis aa dicitur actus quia enim forma sit materiam actuat actus dividitur in 1.um et 2.um aa vocatur actus 1.us quia ab eo promanant oes actiones quae apellantur actus 2.i quum autem phus dicit aam esse actum 1.um corporis organici potentia vitam

habentis per corpus organicum intelligit corpus quod vario organorum apparatu instructum est et quod constat partibus non modo natura a temperamento dissimilibus sed ad diversos usus variasque functiones a natura comparatis diciturque illud corpus potentia vitam habere quia ad functiones vitales et operationes quas nomine vitae intelligit per potentiam activam quam habet exercet minus enim eius non est corpus organicum non vivere actu sed potius habere in se potentiam agendi et se movendi principio interiori

§. 7a

anima respectu functionum quarum effectrix est definitur hoc pacto anima est id quo primo vivimus movemur sentimus et intelligimus id est anima est causa efficiens prima et principalis vivendi sentiendi de loco movendi et intelligendi

Cap. 2um

De facultate vegetativâ et de facultatibus ei subordinatis

§. 1a

hactenus vidimus quid sit anima et quae sint eius facultates in genere nunc singulatim de his dicendum est et 1o. de facultate vegetativâ quae omni viventi competit

§. 2a

haec facultas tres habet sibi subordinatas nempe facultatem nutricem auctricem et genitricem facultati nutrici per quam vivimus et nutrimur famulantur quatuor aliae facultates nempe facultas alteratrix facultas attractrix facultas retentrix et facultas expultrix

§. 3a

facultas alteratrix necessaria est ut alimentum quod est dissimile corpori alendo ei simile fiat et in eius substantiam converti possit et quoniam partium alimenti quaedam puriores sunt et aliae impuriores et inutiles corpori viventi datae sunt duae facultates una attractrix quae partes alimenti puriores attrahat et altera expultrix quae partes impuriores expellat denique alteratio alimenti non potest fieri

in momento sed aliquem temporis tractu postulat ideireo viventibus data e facultas tenuvix quae retineat alimentum donec legitimam alterationem subierit

§. 4.ª

Alimenti alterationes sunt tres 1.ª fit in ventriculo et vocatur chilificatio 2.ª fit in iecinore et nuncupatur sanguificatio 3.ª fit in extremitatibus venarum quae deferunt sanguinem ad omnes corporis partes et vocatur assimilatio, seu perfecta mutatio alimenti in partes corporis alendi

§. 5.ª

Haec omnia fiunt hoc pacto ab ore ad ventriculum defertur alimentum per aesophagum qui e canalis carneus et mollis alimentum in ventriculo receptum in illo tanquam in olla coquitur calore natali et virtute insita ipsi ventriculo et vertitur in humorem quendam qui chilus nuncupatur

§. 6.ª

Ventriculus suo munere defunctus dimittit chilum ad intestina ubi fit 1.ª purgatio vel defecatio alimenti nam utiles chili partes attractae a venis quas vocant mesaraicas ad iecur deferuntur sed inutiles partes per longos anfractus intestinorum ad anum tandem veniunt et expelluntur

§. 7.ª

Utiles chili partes secundam concoctionem in iecinore recipiunt ubi propria illius vi in sanguinem transmutantur serum sanguinis defertur ad renes et per via urinaria expellitur sanguis purgatus et separatus a flava bili et pituitâ dispensatur a iecinore ad venas per omnes corporis partes et paulatim partibus alendis assimilatur per 3.am alterationem sive concoctionem et huius 3.ª concoctionis purgatio fit per sudorem et insensibilem emissionem variarum sordium quae in cute nonnunquam apparet

S. 8.ª

Ita se habet facultas nutrix et ita fit nutritio nunc de facultate auctrice agendũ cãa principalis efficiens accretionis ē aa instrumenta sunt spiritus nãalis et calor quibus qa utit ad extendendas oẽs corporis partes finis accretionis ē ut corpus vivens Justam et suæ speci debitã magnitudinẽ et robur consequatur ad facultatis suæ speci convenientes exercendas materia accretionis ē alimentum conversum in substaãm corporis viventis quod augetur

S. 9.ª

De hac accretione tres conditiones tenendæ sunt 1.º quod propriè crescit et augetur secundum oẽs sui corporis partes crescere et augeri debet 2.º accretio propriè dicta fit per accessionem novæ materiæ nempe alimenti quod 1.º alteratur deinde convertitur in substaãm corporis aliti 3.º in accretione propriè dictâ idem numero subjectum eademq; forma substaãlis manere debet

S. 10.ª

Hic sciendũ ē vivens quamdiu vivit ñ crescere hujusce rei rão reddi pt multiplex 1.º nãa nihil frustra facit sed cum assecuta ē finem suum quiescit atqui finis accretionis ē Justa magnitudo corporis idonea ad exercendas functiones speci convenientes quare nãa postquã assecuta ē hanc Justam magnitudinẽ nihil amplius facit

S. 11.ª

2.ª rão ita se habet quandoq; plus alimenti convertitur in sanguinem quã reparandũ ē in corpore viventi aliquando minus quandoq; tantundem si alimentũ conversum in sanguinem superet portionem substæ quæ effluxit tunc fit accretio in 1.ª ætate si minus fit diminutio ut in senectute si tantundem manet eadem moles membrorũ ut in statâ et mediâ ætate

§. 12a

Reddi pt etiam rão desumpta a condiõne membrorum corporis viventis nam quandiu partes solidæ teneriores sunt ita ut extendi possint fit accretio quando autem solidæ partes ita induruerunt ita ut amplius extendi nequeant tunc cessat accretio

§. 13a

Superest facultas genitrix quæ grãonis principium et caã ē efficitq; ut corpus aatum gnet sibi simile ad speci conservaonem hic enim ē grãonis finis

§. 14a

eius caã efficiens principalis ē aã efficiens minus principales sunt propriæ vires certis quibusdam corporis partibus insitæ mãa grãonis ē semen prolificū quod in aalibus fit ex sanguine optimo et vehementer concocto

cap 3m

de facultate sensitivâ

§. 1a

hac usq; egimus de facultate vegetativâ et de facultatibus illi subordinatis nunc de facultate sensitivâ quæ sensionis fons et origo ē nobis ē agendū de sensibus autem 1o grali et 2o speciatim agemus

§. 2a

de sensibus in grē tractādū ē 1o om̄ sensionem sive actū sentiendi requirere hæc tria nempe sensibile sensum et sensorium ide obiectū facultatem et organū

§. 3a

obiectum sensus vel sensibile duplex ē nempe sensibile per se et sensibile per aliud sensibile per se duplex ē nempe propriū et commune sensibile propriū ē quod ab uno sensu tantū percipit sic color ē tale sensibile quia tantū videt sensibile commune ē quod a pluribus sensibus percipit ut magnitudo quæ a visu et a tactu percipi pt

sensibile per aliud est quod a sensu per se non percipitur sed tantum per eius accidentia tale sensibile est substantia non enim videmus hominis substantiam sed eius accidentia videlicet colorem figuram motum magnitudinem

§. 4a

De sensibili proprio et sensione quae circa illud versatur notandum est hoc theorema sensus circa sensibile proprium numquam hallucinatur nisi impedimentum sit aut in organo aut in obiecto aut in medio Ut ne sensus erret in suo iudicio haec requiruntur 1° ut organum sit integrum et non vitiatum propter defectum huius conditionis palatum febricitantium male iudicat de saporibus 2° ut subiectum sensibile non sit nimis vehemens sic solis meridiani aspectus perstringit aciem oculorum obiectum etiam non debet esse nimis remotum nec nimis propinquum inter nimis remota referuntur ea quae etsi sint propinqua attamen propter parvitatem admovenda sunt ut possint videri nec possunt videri nimis propinqua sic liber tangens oculum non potest legi 3° oportet ut medium sit purum et bene dispositum propter huius conditionis defectum quae per vitrum inaequale aspiciuntur videntur obtorta et per vitrum viride viridia si aqua tegit nummum in fundo aquae videtur tumere

§. 5a

De facultate illud notandum est facultas sentiendi non agit in obiectum sed ab eo patitur quia sentimus per receptionem speciei sensibilis in organo non autem per emissionem alicuius rei ab organo ad obiectum sentire igitur quamvis sit verbum activum signat passionem

§. 6a

Organa sensuum vel sunt in capite vel a capite et cerebro originem suam ducunt et spiritibus animalibus inde tamquam a fonte manantibus implentur et ad opus suum peragendum idonea redduntur

cap. 4.^m

De Spiritibus

§. 1.^a

Ut quod diximus de organis sensuum intelligi possit de spiritibus breviter dicendum est

§. 2.^a

Hic 1.º sciendum est duplicem esse spiritum unus enim est insitus et alius influens spiritus insitus est purissimus halitus qui fixus et plantatus est in unoquoque membro a 1.^a membrorum conformatione

§. 3.^a

Spiritus influens est tenuissima sanguinis pars in halitum conversa et e certis fontibus per universum corpus ad subsidium spiritus fixi sive insiti derivata

§. 4.^a

Spiritus influens triplex est naturalis vitalis et animalis spiritus naturalis est qui in iecinore formatur et inde per venas una cum sanguine in omnia corporis membra ad facultatem vegetativam sustentandam derivatur

§. 5.^a

Spiritus vitalis est qui ex purissimo sanguine formatur in corde et inde per arterias in omnia corporis membra influit

§. 6.^a

Spiritus animalis est qui formatur in cerebro et inde per nervos influit in cetera corporis membra et sensum ac motum illis tribuit

§. 7.^a

Ex hac doctrina colligi potest iecur venarum cor arteriarum et cerebrum nervorum fontem et originem esse

cap. 5.^m

de numero sensuum

§. 1.^a

In hoc cap. videndum quot sint sensus sensus vel sunt interni vel externi sensus interni sunt qui habent sedem

intra cerebrum et sensum externorum interveniente obiectorum species percipiunt. Sensus vero externi dicuntur qui organa habent externa extra cerebrum a quibus obiecta percipiuntur

S. 2a.

Sensus externi sunt quinque nempe visus auditus olfactus gustus et tactus duo posteriores sensus videlicet gustus et tactus animali necessarii sunt ad esse sed tres priores videlicet visus auditus et olfactus necessarii sunt tantummodo ad bene esse de his sensibus singulatim agemus et in unoquoque sensu haec tria considerabimus obiectum proprium medium et organum

cap. 6.um

De visu

S. 1a

Iure merito in tractatu speciali de sensibus a visu exordium sumimus caeteros enim omnes longe antecellit tum ob admirabilem oculi fabricam tum ob nobilitatem obiecti tum etiam propter modum percipiendi obiecta qui promptissimus et celerrimus est

S. 2a.

Obiectum visus vel est lux vel lumen vel color vel splendor nocturnus illius rei quae interdiu habet proprium colorem

S. 3a.

Deus creationem mundi orsus est a luce dicens fiat lux haec vocari potest filia dei primogenita quia ipse lux est et pater luminum sine luce in mundo nullum esset discrimen inter pulchra et deformia est que 1a pulchritudo

S. 4a.

Lux est qualitas corporis fulgidi ut solis aut lunae sed lumen est splendor profluens a corpore lucente offusus per diaphanum et qui reddit aerem actu luminosum hoc lumen non est in sole sed a sole funditur in ambitum similitudine suae lucis

S. 5a

Color vero et proprie dictus est qualitas corporis ediaphani

a lumen et transmittentis orta ex certa contemperatione 4r primarum qualitatum in corpore mixto

§. 6a

Splendor nocturnus corporum interdiu proprios colores habentium ut in squammis et oculis piscium in ver: mibus quibusdam et in lignis putridis haec enim et alia huiusmodi corpora colores habent interdiu visibiles sed nocte lucent

§. 7a

Hactenus de obiecto visus nunc de medio dicendum est medium videndi per quod interpositum fit visus est corpus perspicuum et pellucidum haec autem corpora sunt aër aqua vitrum Chrystallus lapis specularis et alia huiusmodi

§. 8a

Quemadmodum in corpore humano caput eminet nobilitate et in capite nihil est pulchrius facie ita in facie nihil est pulchrius oculo qui est organum visus cuius anatomiam breviter repraesentabimus

§. 9a

oculus est globulus quidam constans ex tribus humo: ribus et 4r tunicis in quem per nervum opticum spiritus animalis ex cerebro influit ad percipiendas rerum visibilium species accomodatus

§. 10a

In medio oculi est humor chrystallinus sic dictus quod chrystalli instar pellucidus sit in anteriore oculi parte quae conversa est ad obiectum est humor aqueus sive albugineus et a posteriori parte cerebrum versus est humor vitreus

§. 11a

hi sunt tres humores oculi nunc dicendum de oculi tunicis quae ambiunt et continent predictos humores. humorem vitreum et chrystallinum ambit tunica tenuis quae vocatur aranoides quia araneae est similis constat

cujus ex tenuissimis filamentis instar operis aranearū humorem aqueum tegit tunica quae vocatz uvea vel racemiformis quia folliculo uvae similis ē hac autem tunica ō ē admodū pellucida ideoq; ne visionem impediat perforata ē in anteriori parte et ne humor aqueus per foramen effluat obducta ē tunica cornea quae dura et pellucida ē tanquā cornu politū denique totū oculū complectitz tunica 4a quae adnata et consolidativa apellatz

§. 12a

oculus movetz sex musculis quorū unus attollit alter deprimit 3us eū vertit nasū versus 4us extrorsū 5us et 6us eum circumrotant

§. 13a

ad utrumq; oculū a cerebro procedit nervus opticus sive visorius qui defert spiritū animalem et inservit visioni itaq; visio fit quando imago objecti penetravit tunicā corneā et recepta ē in humore chrystallino pleno spiritū animaliū qui e cerebro per nervū opticū illuc manarunt

Cap. 7m
de auditu

§. 1a

postquā egimus de visu agendū ē de auditu hic sensus valde praestans ē per illū enī tanquā per ianuam latissimam ē aditus documentorū ad mentem hoc sensu excipimus sermonem qui ē interpres cogitationum et praecipuū vinculū commercii et societatis humanae et quo homo distinguitz a bruto

§. 2a

objectum auditus ē sonus qui generatz ex collisione duorum corporū aere vel aquā interveniente sive etiam ex laceratione fractura aut separatione corporū quae coniuncta erant

S. 3.ª

Variæ sunt soni divisiones inter illas duæ præcipuæ sunt 1.º in sonum rectum et reflexum si sonus directe ad aures accidérit appellatur sonus rectus sin autem reflectatur et repercutiatur a corpore duro antequam ad aures perveniat vocatur sonus reflexus sive Echo est enim Echo sonus ab äere repulso ab aliquâ concavitate quæ repulsio si ter fiat aut quater ingeminatur Echo

S. 4.ª

2.º Sonus dividitur in vocalem et non vocalem vocis formandæ instrumenta sunt musculi thoracis pulmones aspera arteria Epiglotis sive operculum asperæ arteriæ nam vox est sonus ab animali respirante editus per motum anhelitus a pulmone ad asperam arteriam ejusque operculum exeuntis pulmonibus compressis äer extruditur per asperam arteriam et iisdem dilatatis recipitur

S. 5.ª

Vox duplex est una inarticulata et altera articulata ad hanc posteriorem plura requiruntur instrumenta nimirum nempe gargarion sive columella palatum lingua labia et dentes sed præcipuum vocis articulandæ instrumentum est lingua quæ multiplici suo motu et lubricâ volubilitate vocem distinguit et quasi in articulos interscidit

S. 6.ª

hæc de objecto auditus nunc de medio dicendum medium auditus multiplex est nempe äer, aqua ignis vitrum et corpora quoque opaca sed præcipuum audiendi medium est äer tum propter suam tenuitatem et raritatem tum etiam propter mobilitatem unde fit ut sonus in eo facilius multiplicetur

S. 7.ª

Restat ut de medio auditus superest organum quod duplex est externum et internum organum auditus externum et visibile est auris hic observandum est inter animalia quæ habent aures prominentes solum hominem eas habere immobiles internum organum est äer vernaculus et nativus qui a primâ origine insitus est intercapedini et concavitati auris ad quam a cerebro tendit nervus auditorius qui audiendi facultatem defert

mans per longos anfractus via quadam est ad os quod petrosum dicitur a duritie lapidea in illo osse est intus capsula et concavitas plena aeris domestici et nativi huic concavitati seu foramini obducta est membrana quae tympanum vocatur tum ne aer internus exeat tum etiam ne aer externus suo appulsu aerem internum offendat ac perturbet via quae ducit ad illam concavitatem anfractuosa est ac sinuosa ut organum auditus tutum sit ab externis iniuriis quibus facile obnoxium esset si esset aliquis meatus directus

Cap. 8m

De olfactu

§. 1a

hactenus de auditu nunc de olfactu qui nihil aliud est quam sensus externus recipiens odores et de iis iudicans

§. 2a

obiectum olfactus est odor qui est qualitas patibilis in corpore mixto orta ex certo primarum qualitatum contemperamento ita tamen ut siccitas praedominetur humiditati efficiens causa odoris est calor qui miscet ac temperat humidum cum sicco ista assertio duobus indiciis probari potest 1o in regionibus calidioribus plura grana odorifera 2o odor frigore quasi consopitus accedente calore excusitatur quae cum dum frigida sunt nihil fere olent calefacta odorem exhalant

§. 3a

Medium odorandi est aer vel aqua nos quidem non percipimus odorem nisi per aerem quia ad olfactum requiritur aeris inspiratio sive attractio sed pisces in aqua olfaciunt

§. 4a

Nares non sunt organum iudicans de odoribus sed tantum canalis ac via ad organum verum organum olfactus sunt processus mamillares ex cerebro procurrentes in summam partem narium idque quia membrana circa hos processus est continua cum dura matre cerebri hos processus suam membrana afficitur ac titillatur odoribus

Cap. 9.^m
De gustu

§. 1.^a

Supersunt duo sensus externi nempe gustus et tactus obiectum gustus est sapor qui est qualitas orta ex certo primarum qualitatum contemperamento ita ut tamen humiditas predominet siccitati

§. 2.^a

Gustus non eget medio externo et disiuncto ab ipso animali illud autem est caro lingua exterior porosa et spongiosa ideoque apta ad imbibendum humorem qui saporis vehiculum est illud autem vehiculum est saliva per quam sapor transmittitur ad organum gustandi omnis autem saporis expers esse debet aliter enim impediret externi saporis perceptionem hoc experimento constat nam illi qui per morbum aut aliâ de causâ habent salivam salsam omnia quae gustant salsa et amara videntur

§. 3.^a

Organum gustus proximum et immediatum est unica quaedam lingua nervosa et carnis spongiosae substratae in mucrone vel acumine linguae gustatus exquisitissimus est quia nervi in eâ parte in unum cohaerent et creberrimi sunt

Cap. 10.^m
De tactu

§. 1.^a

Tactus de gustu sequitur tactus qui pro obiecto habet primas qualitates nempe caliditatem frigiditatem humiditatem et siccitatem et alias nonnullas qualitates a primis ortas nempe duritiem mollitiem asperitatem et lenitatem

§. 2.^a

Medium internum et cum animali coniunctum est cutis interdum tamen aquam et aerem in contactu duorum corporum esse tactus medium concedimus

§. 3.a

Organum tactus est parva pellicula per totum corpus instru-
ctis extensa e cerebro et spinosis medullae nervis orta

Cap. II.um
De sensu communi

§. 1.a

Sensus a nobis antea divisi fuerant in externos et internos
cum igitur jam dictum sit de sensibus externis proximum
est ut agamus de sensibus internis

§. 2.a

Sensus interni vulgò statuuntur tres nempe sensus commu-
nis phantasia et memoria sed memoria non est proprie
sensus sed thesaurus in quo sensibilium simulachra post
ipsum sentiendi actum conservantur et inde a phantasia dep-
romuntur quoties opus est

§. 3.a

De praedictis facultatibus deinceps dicturi hunc ordinem obse-
rvabimus 1.o de obiecto 2.o de officio et necessitate et 3.o de or-
gano et sede uniuscujusque facultatis dicemus

§. 4.a

Sensus communis obiectum ex ipso nomine notum est ita enim
appellatur quia omnia sensuum externorum obiecta et illorum appre-
hensiones tanquam communis quidam judex percipit et
cognoscit omnia ergo sensuum externorum obiecta sensus commu-
nis obiecta censenda sunt.

§. 5.a

officium sensus communis est judicare 1.o an sensus externus
aliquid percipiat necne 2.o sensus communis etiam judicat
quid sit illud quod sensus externus percipit nam v. g. oculus
percipit speciem coloris sed non judicat sitne color necne hoc
enim pertinet ad sensum communem ut judicet et cognos-
cat oculum percipere speciem coloris praeterea sensus commu-
nis datus est animalibus ut propria sensuum externorum
obiecta distinguat inter se atque ita omni confusionem
tollat

§. 6.ª

Denique sensus externi percipiunt tantum accidentia quae per se sensibilia sunt at vero sensus communis percipit etiam ea quae sunt sensibilia per accidens v.g. communis sensus qui percepto colore et figurâ animis iudicat ee aquam et ovis audito balatu agni per eandem facultatem cognoscit ee suum agnum qui balat.

§. 7.ª

Ad organum sensus communis quod attinet quidam generaliter phi et medici dicunt sensum communem suum domicilium habere in anteriore cerebri parte ubi sunt duo ventriculi sive capacitates quarum una dextra et altera sinistra e

Cap. 12.um
De phantasiâ et memoriâ

§. 1.º

Hactenus de sensu communi sequitur phantasia vel facultas imaginatrix cuius obiectum a sensus communis obiecto bifariam differt nam 1.º sensus communis postulat ut obiectum praestò sit sed phantasia versatur circa obiecta praesentia et absentia argumento e quod phantasia nonnunquam operatur quando sensus externi feriuntur nam somnia sunt fatus phantasiae quae nobis cum belluis communis e

§. 2.ª

2.º sensus communis nihil percipit nisi quod ab aliquo sensu externo sibi concreditum e at vero fantasia imaginatur et efformat sibi varia simulacra qualia sub sensus externos nunquam ceciderunt fingit mille monstra centauros chimeras montes aureos praecipue per nocturnam quietem

§. 3.ª

Officium phantasiae geminum e 1.º enim phantasmata fingit et format dum species a sensu communi receptas relambit et recognoscit 2.º sensus communis de obiectis iudicat tantum contemplativè sub ratione veri sed phantasia de iisdem iudicium facit sub ratione boni vel mali amplectendi vel fugiendi res clara erit hoc exemplo qui sitientes

Sensus communis iudicat id quod videt esse aquam sed eius phantasia iudicat aquam esse potandam ut sitis extinguatur

§. 4a

phantasia secundum quosdam philosophos collocatur in medio cerebri ubi unus tantum habetur ventriculus

§. 5a

Haec de phantasia sequitur memoria quae pro obiecto habet quodcunque a sensu communi et a phantasia accepit cuius servandum eius officium est conservare fideliter quae sibi concredita sunt et ea reddere quoties reposcunt sedes memoriae creditur esse in occipite adstruunt fidem huic opinioni quod vulneratis a parte posteriore capitis memoria labefactatur et quod ad revocanda semi oblita solemus scalpere occiput addo quod cerebrum ibi est solidius ideoque aptius ad conservationem receptarum specierum

§. 6a

Inter stupenda Dei opera et quae digna admiratione ducuntur vix ullum est admirabilius quam quod memoria hominis linguarum et scientiarum periti et qui multa confecit negotia et multas regiones peragravit inhaereant imagines tam rerum distinctae et aliae impressae ut novae superadditae obtinebant priores aut delerent

cap. 13m

De facultate locomotiva

§. 1a

3a ea facultas est facultas locomotiva qua animalia loco moventur incitantur appetitu vel rationali qui nihil aliud est quam voluntas vel sensitivo qui est promotio et incitatio ad conservationem vel fugam eius quod sensu iudicatum est gratum vel molestum

§. 2a

Motus localis spontanei de quo iam loquimur causa efficiens vel est principalis vel instrumentalis causa principalis est anima deinde facultas motrix quae animam comitatur et ab ea manat causa instrumentaria sunt nervi

musculi articuli quidam corporis et basis quaedā externa cui aal innititr dū ita movetr

§. 3.ª

Nervi qui motui inserviunt a cerebro mediatè pro-manant oriuntr enī a medullā spinae dorsi quae et ipsa quaedā ē propago cerebri hi nervi deferunt spiri-tus aalos quibus vires motricis insita sunt

§. 4.ª

Musculus ē pars carnosa nervo adiuncta tanquā in-strumentū quoddam

§. 5.ª

articuli et coniunctiones ossiū inserviunt etiā motui perfectorū aalium nam si in toto aali unicū eet os continuū ō posset moveri nisi saltando itaq; ossa variis vinculis coagmentata sunt ita ut unū supra alterū moveatr sicut janua sub ansis ferreis a car-dinibus vertitr

§. 6.ª

bazis vel fulcrū illius motus externū ē terra vel aliud corpus quo aal quando se movet sustinetr et quod resistendo aali impetū dat ō tantū aalia terrestria cuidam fulcro innituntr sed etiā aquatilia et vola-tilia natantia incumbunt aquae ab eaq; retinentur sustinentr et impetū capiunt volucres alis suis complectuntr aerem subiectū et inde vires inter volandū accipiunt

§. 7.ª

hic observandū ē quod oia aalia motū inchoant a parte dextrā huius rei indicium ē istud cum aalia volunt inchoare motum 1.º firmant sinistram partem quod indicat motus initiū duci a parte dextrā deinde ab eā parte inchoari debet motus quae robustior ē et nobilior at talis ē pars dextra si eū sinistra comparetr

S. 8.ª

2.º tuendū ē vix quicquā motu spontaneo ē mi-
rabilius si consideremus quomodo fiat et per quot
gradus eò nāa perveniat ē ōimū longa concatenatio
causarū illius motus v. g. leporis imago ingredit
oculū canis venatici hæc imago ab oculo transit
ad sensū communem et a sensu communi ad phan:
tasiam phantasia mota movet appetitum appetitus
commovet spiritus aālis hi spiritus movent nervos
nervi musculos et tendines musculi moti concitant
totū corpus canis et cursu et hæc ōia fiunt mo-
mento ētq; harū caarū tam potens et arcta con:
catenatio ut impervii difficultas disceruatz ab obsequio
hic Er. Sheperda ē Dei potentia et sapientia

Cap. 14.um
De facultate intellectivâ

S. 1.ª

Supest 4.ª aīæ facultas nempe facultas intellecti-
va ōium præstantissima.

S. 2.ª

Intellectus differt a sensibus eò quod sensus 1.º et
per se rerū accidentia percipiant sed intellectus ō
tantū accidentia cognoscit sed etiam substās tam
materiales quā immateriales

S. 3.ª

Intellectus comparatus cū suo obto quod ē ens in
totâ suâ amplitudine (nam ens et intelligibile rai
proquantz) considerari pt vel in potentia vel in actu
intellectus diciz ē in merâ potentiâ respectu obti
intelligibilis quando nihil quicquā intellexit talis
ē intellectus infantis recens nati qui ex Arte tabula
rasæ cui nullæ sunt impressæ imagines similis
ē intellectus in actu bifariam considerari pt vel
cui ē in actu 1.º vel in actu 2.º intellectus in actu 1.º ē

qui adeptus ē habitū quem ō exercet talis ē intellectus viri sapientis interea dū dormit intellectus dicitr ee in actu 2º quando exercet habitū iā acquisitū et actu intelligit et cogitat

§. 4ª

2º. intellectus dividi pt in agentē et patientē ō quod in uno et eodem hoc sint duo intellectus realiter distincti verū quia unus et idem intellectus partim agit et partim patitr intellectus dicitr agens quatenus ex phantasmatis propositis efformat sibi species intelligibiles et patiens apellatr quatenus easdem species recipit et intelligit hoc autem ut melius intelligatr sciendum ē qd phantasma ēe quoddam singulare quia repraesentat rē singularē ideoq; ut intellectus formet conceptum universalē oportet separare phantasma a circumstātiis quibus individua a se invicem distinguntr hae autē abstractio et separatio speciei a circumstātiis singularibus ē operatio intellectus agentis et illius abstractionis interventu fit notitia rei universalis haec autē cognitio ē opus intellectus patientis

§. 5ª

3º intellectus dividitr in theoreticū et practicū intellectus dicitr theoreticus quando nudē contemplatr et nudā cognitionem quaerit practicus vero apellatr quando deliberat de agendis vel efficiendis

§. 6ª

4º. intellectus sive potius ipsa intellectio dividitur in simplicē et compositā intellectio simplex ē apprehensio unius rei ut quando intellectus apprehendit hoēm intellectio composita ē apprehensio plurium rerū quae vel componuntr vel dividuntr in hac autem intellectus operatione veritas ē aut falsitas

Cap. 15m

De appetitu rationali

§. 1a

Duae sunt facultates animae rationalis intellectus et appetitus rationalis qui nihil aliud est quam voluntas perfectio intellectus est cognitio veri perfectio vero voluntatis est adeptio boni per intellectum docti aut indocti per voluntatem vero boni aut mali perhibemur.

§. 2a

Voluntas nihil aliud est quam promotio animi nostri ad electionem vel fugam eorum quae videntur bona vel mala

§. 3a

actiones voluntatis duplices sunt aliae a scholasticis vocantur elicitae et aliae imperatae actiones elicitae dicuntur quas ipsa voluntas per se et immediate edit ut velle et nolle actiones imperatae sunt quas ipsa voluntas non edit per se et immediate sed imperat edendas a facultate inferiori ut loqui ambulare

§. 4a

facultates inferiores sunt facultas vegetativa sensitiva et facultas locomotiva voluntatis in vegetativam facultatem nullum est absolutum imperium non enim corpus palpitat aut crescit ex voluntatis arbitrio aliud duabus voluntas imperat non tamen pari effectu appetitus enim sensitivus saepe numero contumax est quia sequitur sensum et fantasiam sed facultas locomotiva sine repugnantia aut mora voluntatis iura capessit

Cap. 16m

De plantis

§. 1a

Tres sunt corporum animatorum species quaedam praeditae sunt sola anima vegetativa ut plantae quaedam praeter vegetationem habent sensum et se ipsa movent praevia cognitione ut brutae quaedam praeter vitam sensum et motum habent

intelligentia et rationem ut hoc de hal. tribus corporum aatorum Speciebus. breviter agemus et 1º de plantis

§. 2ª

Plantae juxta Aristotelem est corpus perfecte mixtum aa vegetativa praeditum quod e terra nascitur vivit viret alitur et augetur

§. 3ª

Ex hac definitione patet plantas vivere hoc certum est grant enim senium habent incrementum in omnem partem habent organa quibus attrahunt alimentum nempe radices quae possunt appellari os plantae calore naali concoquunt alimentum et vertunt in suam substantiam grant foenetus senescunt et moriuntur extincto vitali calore et exhausto humido primogenio haec mors est naalis sed si exscindantur aut evadicantur haec mors est violenta

§. 4ª

Plantae noe intelligimus herbas arbores et frutices herbarum noe includitur quidquid siliquas habet et vaginis aut folliculis siliquae includitur fruticum noe intelligitur quidquid habet lignum sed in formam et arboris altitudine non excrescit ut rosarium rubus.

§. 5ª

Plantarum quaedam sponte crescunt et absque humana industria ut gramina et herbae pratenses quaedam seminantur ut olera lactucae quaedam inseruntur ut arbores frugiferae quarum insitio fit immisso surculo in caudicem arboris aut inter corticem et lignum quaedam plantantur quaedam propagantur arte naturam adiuvante

§. 6ª

Plantae sunt inter minima Dei opera in eis tamen Deus stupenda exerit sapientiam et potentiam quae maxima etiam est in minimis tantae est diversitas et tam variae species plantarum odores colores pulchritudo et eis corporibus aalium salutaris ut Dei virtutem hac in parte nulla mens capere nulla oratio consequi possit

cap 17.mi
De animalibus

§. 1a.

Quo magis progredimur eo magis elucescit divina virtus et maior panditur miraculorum officina plantis enim praestantiora sunt animalia utpote sensu et appetitu praedita et motu locali praevia aliqua cognitione

§. 2a.

Animal est substantia corporea animata sentiens et vel est rationale ut homo vel irrationale ut bellua

§. 3a.

Animalia a se invicem differunt multis modis 1° differunt domicilio nam quaedam volant in aere quaedam natant in aquis quaedam gradiuntur super terram aut repunt quaedam petris marinis adhaerent ut polypus sunt quibus geminum est domicilium haec sunt quae amphibia vocantur talia sunt rana testudo crocodilus anseribus Deus triplex domicilium assignavit nam volant in aere natant in aquis et supra terram incedunt

§. 4a.

Motu quoque differunt nam quaedam se trahunt in ventrem et tractim se promovent ut serpentes et vermes quaedam incedunt pedibus quaedam saltatim progrediuntur ut pulices et locustae

§. 5a.

Animalium quaedam sunt politica et inter se certis legibus et naturali societate coniuncta et cum quaedam societatem servant nullo duce et praeeunte ut formicae quaedam habent regem ut apes in longa volantium serie una agmen ducit una excubat aliis dormientibus

§. 6a.

Inter illa etiam magnum est discrimen ratione pastus nam quaedam vivunt terrae fructibus quaedam cadaveribus

ut corvi et vultures quædā hominibus in terrā sparsis ut columbæ quædam vivunt prædâ ut lupi quædā sunt quæ cibum congerunt quasi in cella penuariam ut formicæ apes

Cap. 18.

De homine

§. 1ª

Qui extollunt perfectionem hoīs solent dicere hoiem eē epitomen mundi et parvū mundū nec id abs re hoō enī habet id commune cū rebus inaīs quod existit habet hoc commune cū plantis quod existit et vivit cū belluis vero quod existit sentit et se movet motu locali cum angelis vero habet commune intelligentiā ita ut sit epitome oīum creaturarum

§. 2ª

hoō duabus constat partibus nempe aīā et corpore de illius aīā antea egimus sequitū jam ut de eius corpore disseramus corpus hūanū tribus partibus constat nempe capite corporis trunco brachiis et cruribus trunci corporis duæ sunt partes quæ separantū musculo membranoso qui diaphragma apellatū id ē interseptimentū supra diaphragma sunt cor et pulmones sub diaphragmate ē jecur et ventriculus sub his sunt intestina et partes inservientes eiectioni excrementorū et generationi

§. 3ª

Immensum opus eēt singularū corporis hūani partium explicationem tradere ideoq; tantū de præcipuis illius partibus nempe de cerebro de corde et de hepate aliquid dicemus

§. 4ª

Cerebri substā ē mollis et alba et eius duæ sunt partes una anterior et altera posterior quæ vocatū cerebellum quia longē minus ē anteriori cerebro cerebrū anterius divisū ē in duas partes similes duabus mammis de

mutuò tangentibus 2a pars cerebri sita est in poster-
iori capitis parte color eius est cineritius substantia d-
urior habent intrinsecus sinum seu ventriculum in
quem transmissi ab aliis 4or ventriculis spiritus
animales magis elaborantur ibi est origo nervorum qui
per septem coniugationes in varias capitis partes spar-
guntur

§. 5a.

Cor est pars corporis in quâ Deus locavit principium
et originem vitæ in corde enim est origo spirituum
vitalium in quibus vita consistit substantia cordis est
solida et firma eius formæ similis est nuci pineæ
eius radix est in medio pectoris inde paulò vergit
ad sinistram includitur membrana quasi sacculo quæ
pericardium vocatur hoc pericardium plenum est aquâ in quâ
cor natat hæc aqua prodest ad humectandum cor et hu-
mectandum eius calorem

§. 6a.

Partium humani corporis quæ sunt infra diaphragma
facilè princeps est hepar vel iecur venarum est principium
et origo et officina sanguinis et spirituum naturalium
substantia et color eius est subrubeus in nigrum vergens substantia
eius non est caro sed sanguis ad siccitatem usque conc-
retus et coagulatus illius forma ab exteriori parte
est convexa et rotunda et levis substantia vero habet
inæquale superficiem

§. 7a.

Ex hepatis bona constitutione dependet integritas
facultatum naturalium ex cutis in vultu colore digno-
scitur status hepatis nam ex concoctionis perfectione
quæ fit in illo color vividus in facie efflorescit
si æstuat iecur facies rubicundis tuberculis infla-
matur si iecur languet facies fit pallore decolorata si
flavam bilem non exonerat ut oportet tingitur cutis
totius corporis flavo colore

cap 19.m

De ~~Sam~~ Vitâ et morte de sanitate et morbo

§. 1.a

Postquam egimus de variis corporum animatorum speciebus jam secundum ordinem antea a nobis propositum coronidis vice explicandae sunt quaedam affectiones corporum animatorum quas Aristoteles in libris qui parvorum naturalium titulo inscribuntur explicavit et 1.o agemus de vitâ

§. 2.a

Vita nihil aliud est quam efficax praesentia animae in corpore vel (ut Aristoteles in lib. de respiratione deffinit) est mansio animae cum calore in corpore per calorem non intelligimus calorem elementarem qui partibus corporis viventis inest ratione temperamenti neque etiam calorem febrilem intelligimus qui a morbo procedit sed calorem nativum et vitalem quem partes ex calore seminis sibi insitum habent

§. 3.a

Hic calor habet humidum sibi associatum quod vocatur primogenium sive radicale quod a 1.a partium conformatione generatur ex pinguibus et aereis seminis partibus

§. 4.a

Si causas brevioris vitae velitis scire paucis excipite brevioris vitae causae hae sunt 1.o humidum aqueum paucum 2.o superfluitas et abundantia excrementorum 3.o soli inclementia 4.o temperamentum frigidum et siccum 5.o nutrimenti necessarii defectus et 6.o victus ratio inconveniens

§. 5.a

Mors autem evenit propter extinctionem caloris nativi calor autem nativus dupliciter extingui potest nempe naturaliter et violenter ideirco alia est mors naturalis et alia violenta calor naturalis cum vitalis extinguitur naturaliter deficiente humido radicali quo sustentatur non secus ac lucerna extinguitur deficiente oleo calor vitalis extinguitur

violenter quando humidũ primogeneũ adhuc superest a ca-
lor marcessit vel alia de caã extinguitz voluti lucerna
quamvis oleum ñ deficiat diversis de caũs extingui
pt ut a vento aqua suffocaõne et äeris defectu

S. 6.ª

Nunc breviter de sanitate et morbo dicendũ nam altior
harũ rerũ consideraõ ad medicũ pertinet sanitas ẽ
constitũo corporis apta et conveniens oĩbus ad facult:
atibus facile et sine impedimento exercendis

S. 7.ª

Contra verò morbus ẽ constitũo corporis præter naãm
qua una vel plures äe facultates læduntz et impediuntz

Cap 20.m

de Respiratione

S. 1.ª

Respiraõ ẽ etiã affectio corporis aãti quæ ita definiri
pt respiraõ ẽ motus thoracis et pulmonis quo äer
inspiratz et expiratz

S. 2.ª

Fit autem hoc pacto attrahitz äer externus per arteriam
vocalem intermente diaphragmatis ad pulmones hi sese
dilatando quasi follis äerem attrahunt in cor effundunt
frigidã et qualitatem impertientes sed mox reciprocã
vicissitudine eundem äerem astu cordis calefactum se
contrahendo foras eiiciunt

S. 3.ª

Ex prædictis patet partes respiraõnis ẽẽ duas nempe
inspiraõnem et expiraõnem inspiraõ ẽ qua äer in pulm:
ones inspirando attrahitz expiraõ verò äerem calefactũ
et cũ eo halitus fuliginosos expirando reddit

S. 4.ª

Caã respiraõnis sunt tres nempe efficiens principalis
instrumentalis et finalis efficiens principalis ẽ äa
et facultas motrix quæ a cerebro in reliquũ corpus influens

motū efficit hec ad respiraōnem excitanda utitr calore cordis ut pot sine quo aīa in corpore nihil efficit

§. 5ª

Instrumenta respiraōni dicata sunt cor diaphragma arteria venosa arteria vocalis sed imprimis pulmo cuius corpus leve rarū et spongiis simile ē ut dilatari et attolli multumq; aëris haurire possit

§. 6ª

finis respiraōnis ē refrigeraō nisi enim cor aëris inspiraōne tanquā flabello quodā ventilaretr pericutū foret ne ob perennes motus caloremq; immoderatū incendio in conflagraret

Cap 21.

De Somno et Vigiliâ

§. 1ª

Hactenus de respiraōne nunc de somno et vigiliâ dicendū ē

§. 2ª

Somnus ē naālis cessaō operaōnū aīae sensitivae ut salus aālium virium restauraōne conservetr

§. 3ª

Præcipua caā somnū producens ē retractio spirituum aālium intra cerebrū ita ut ad sensuū organa pervenire ñ possint hec autem retractio spiritū aālium varias habet caās sed præcipua ē obstructio nervorum per quos a cerebro emanant spiritus aāles

§. 4ª

Hec autē obstructio tum potissimum fit quum vapores stomacho cibū consequunt et ab aliis visceribus potissimū verō a corde ad cerebrū ascendunt et insinuant se in nervos et ductus spirituum aālium ibiq; per frigiditatem cerebri condensantr atq; ita obstructionis nervorum caā sunt

§. 5.ª

quum autem quies et cessão operãonu' aee Sensitivæ ñ semper totalis sit et completa somnus rectè distinguitr in perfectu' et in imperfectu' somnus perfectus ē in quo oēs sensus ita ligantr ut nulla operão apparet sed somnus imperfectus dicitr in quo ñ oēs sensus consopiti sunt sed quorundã operãones cernuntr inde ñ mirum eos qui imperfectè dormiunt vocantes audire loqui imo ambulare et quædã vigilantiu' opera perficere

§. 6.ª

aal ē somno expergiscitr vel sponte vel ab aliquâ caâ externâ sponte quando spiritus aalis incipiunt laxari et effluere per consuetos meatus a cerebro ad organa sensuu' externoru'

§. 7.ª

aal etiam excitatr a causis externis potissimum a clamore et a vellicatione quia spiritus aalis raro ita includuntr quin vestigia maneant in organis sensuum externoru' quæ quidē ñ sufficiunt ad mediocria objecta percipienda percipiunt tamen vehementia et talibus objectis perceptis ceteri spiritus aales qui in cerebro latent agmine facto erumpunt

§. 8.ª

finis somni ē ut spiritus aales crebro sensuum usu consumantr idcirco ad sui reparãonem alternam requiem postulant datus erg. ē somnus aalibus pp̃ter recreãonem et reparãonem spirituum aaliu' unde Tertullianus eleganter alicubi dicit somnus ē recreator corporu' reintegrator viru' probator valetudinu' pacator operu' et medicus labor

§. 9.ª

Ex prædictis patet quid sit vigilia opposita somno vigilia enĩ nihil aliud ē quã occupão aee sensitivæ quando sensus soluti per spiritus aales sua munia obeunt

Cap 22^m

de insomniis

§. 1.ª

Somnium nihil aliud ē quā operaẽo fantasiæ cæteris sensibus ab opere cessantibus nam fantasia spẽes a sensuū operaẽone relictas assumit et varüs modis inter se con iungit unde Jam oino vera mox falsa et minus cohærentia in somniis effinguntz

§. 2.ª

fantasia excitatz ad spẽes et phantasmata agitanda hoc pacto vapores ē stomacho ascendentes et somnum inducentes postquā se insinuarunt in cerebrū illud movent agitantq; ex hac agitaẽone fit ut phantasia moveaz et simulacra rerū in memoriâ recondita se exerant modò clarius et modò obscurius pro halituū paucitate aut multitudine tenuitate aut crassitie quemadmodū enī in aqua aut nulla effigies redditz aut tortuosa quiescente autem aquâ res natiuo colore propriâq; formâ apparent ita dormientibus cum sedū enim vapores in cerebro exuberanda motione condensantz aut phantasmata penitus obruuntz aut turbulenta et prodigiosa apparent

§. 3.ª

Somnia vulgò dividuntz in supernaalia et naalia Somnia supernaalia dicuntz quæ immissa sunt vel a Deo vel a diabolo nā diabolus pt movere fantasiam et spectra obiicere dormientibus

§. 4.ª

Somnia naalia sunt quæ causas habent naales et triplicia sunt nā quædā oriuntz a naali temperamento corporis quædā ab affectibus aā quædam motivo r modo

§. 5.ª

a Naali corporis temperamento fit ut somnia imitent conditionem humoris predominantis sic melancholici monstra et terribilia phlegmatici frigida et humida aquas pluvias et submersiones colerici sicca et calida incendia iras altercationes sanguinei calida et humida amores voluptates et alia amana somniant


§. 6.ª


ab ai affectibus sunt somnia que sequuntur mores consuetudine vivendi appetitu et desiderium metum vel iram vel aliu ai affectum quare huiusmodi somnia ō absurdè vocari possunt moralia

§. 7.ª

Somnia neutra sunt que neq: a temperamento nec ab humoribus corporis nec ab affectibus ai oriuntur sed contingentes occurrunt cerebro agitato per vapores et phantasmatis que in memoria sunt tamquam confusia

Finis compendiū physicæ





Prolegomena in Physicam Aristotelicam

Prolegomenon pars prior, de philosophia naturali in genere

Praefatio

§ 1.

Nos Deus Op. Max. in hoc mundo posuit tanquam in mercatu et conventu aliquo celeberrimo in quo alii quidem emunt alii vendunt et sordida vilia et abiecta consectantur sed ingenui et altae suae originis memores caeli huius conventus et quae in eo sunt perscrutantur quis istum mundum condidit et architectatus est quis illum administrat temperat et moderatur caelum terram et totam hanc rerum universitatem volucri contemplatione percurrunt inter quos eam huic speculationi se totos tradunt praestantissimum omnium est hoc studium haec aspicere (inquit Seneca cap. 1 quaest. naturalium) haec discere his incumbere nonne est transilire mortalitatem suam et in meliorem transcribi sortem et ut ait Cicero Romani lumen columenque fori lib. 2 Academ. quaest. consideratio naturae eiusque contemplatio est animorum et ingeniorum naturale quoddam pabulum huius (inquit) beneficio erigimur humana despicimus et superiora atque caelestia cogitantes haec nostra ut exigua et minima contemnimus

§ 2.

Nos igitur iure merito praestantissimae huius disciplinae philosophiae theoricae partis amantissimi et huius universi amphitheatri amplissimi pulchritudine illecti postquam eum uno quasi intuitu conspiciendum repraesentavimus iam singulas regiones duce Aristotele perlustrabimus et hic usque a nobis rudi sua delineatione tradita sunt

eam Veris et vivis coloribus ex officina Aulica depromptis induamus

S. 3a

Pythagoras Samius olim praecepit ex itinere praeter propositum iis aedes sacras non esse ingrediendum neque etiam pedibus calceatis esse adorandum et sacrificandum hoc enigmate nos docere voluit in sacra philosophiae adyta sine idonea praeparatione non esse ingrediendum adeo in ipso vestibulo quaedam praemonenda sunt

S. 4a

In prolegomenis logicae multa a nobis de philosophia ingrediendae fuerunt adeo ut actum agere videamus paucioribus. Ita communi divimus a hac tantum pertractabimus 1o an philosophia realis in contemplativam et activam recte dividi possit 2o an philosophiae contemplativae divisio in Metaphysicam Mathematicas disciplinas et physicam bona sit et accurate. Deinde ad physicam propius accedemus et quaeremus 1o an sit vera et proprie dicta scientia et 2o quodnam sit eius subiectum his quaestionibus utilissimis et scitu dignissimis a nobis pertractatis Aristotelem nostrum philosophiae coryphaeum et sectae peripateticae principem salutabimus et illius scriptorum physicorum explicationem a libris acroamaticis sive naturalis auscultationis iuxta rectam methodum exordiemur

Quaestio 1a
an philosophia realis recte dividatur in contemplativam et activam

S. 1a

Ut hac quaestio recte pertractari possit duo tenenda sunt 1o aliam esse philosophiam rationalem et aliam realem philosophia rationalis quae res rationis considerat ut logica philosophia vero realis est illa quae res extra animum existentes considerat earumque cognitionem tradit

S. 2a

2o sciendum est quid sit proprie philosophia contemplativa quid

Item activa phia contemplativa est illa quae consistit in cognitione sui obiecti et ulterius non progreditur activa vero dicitur illa quae cognitionem quam habet ad operationem dirigit

§. 3.ª

His ita expositis nos asserimus divisionem phiae realis in contemplativam et activam esse bonam et accuratam et hanc assertionem his rationibus confirmamus

§. 4.ª

1.º Duo sunt actionum humanarum principia nempe intellectus et appetitus ille per phiam contemplativam hic vero per activam perficitur nam ut oculi hominibus dati sunt non tantum ad solem et caetera sydera spectanda et gaudium ex pulcherrimarum rerum intuitu capiendum sed etiam ut sint duces pedum ne forte in foveam incidamus ita intellectus homini datus est non solum ut sibi intelligat et in veritatis cognitione acquiescat verum etiam ut appetitum sensitivum ducat et dirigat phia ergo contemplativa intellectum perficit quatenus sibi vacat activa vero quatenus regit et moderatur appetitum

§. 5.ª

2.º Phia realis est animi medicina quae eius morbos sanat hi autem morbi sunt ignorantia veri in intellectu et pravitas affectuum in appetitu contra priorem morbum antidotum praebet phia contemplativa et contra posteriorem activa

§. 6.ª

3.º Duplex est humana felicitas nempe contemplativa et activa illa per sapientiam haec vero per prudentiam acquiritur illi famulantur virtutes intellectuales et huic morales Ergo phia realis quae comparata est ad hominem felicitandum partim debet esse contemplativa et partim activa

§. 7.ª

4.º Phia est conformitas et similitudo hominis cum Deo Deus autem contemplatur et agit idcirco duplex etiam est phia realis una quae cognitione et altera quae actione hominem Deo similem reddit

§. 8a

Scire Er. (ut paucis rem compleatur) a ex penitissimis ipsarum rerum medullis depromptum est phiam duo in contemplativam et activam quae ex duplici intellectu genere ino felicitatis gradu binque vitae instituto a duplici virtutum choro firmamentum foeneraz

§. 9a

His rationibus addere possumus testimonium Plutarchi qui in 1o lib. de placitis phorum phos ipsam phiae partionum tradidisse et laudasse eo quod vir perfectus debeat esse speculator entium a actor decentium

§. 10a

Adversus hanc assertionem variae adferuntur obiectiones quarum hae praecipuae sunt 1o quod relativum non pt esse divisio entis absoluti atqui esse Theoreticum vel practicum denotat relaonem ad finem et obiectum phia vero est quid absolutum cum sub 1a qualitatis specie numeretur sub habitu continetur Resp. phiam quatenus est habitus mentis qui eam perficit esse quid absolutum sed quatenus respicit obiectum includere quandam relaonem

§. 11a

2o istae divisiones non sunt oppositae Er. non sunt verae divisiones pt ant. 1o quia cognitio et contemplatio quaeritur in utraque phiae parte 2o quia una a eadem disciplina pt esse Theoretica et practica ut patet exemplo disc medicinae 3o una et eadem disciplina unius hominis respectu pt dici Theoretica et alterius practica nam si quis continuus sistit mera cognitione disciplina erit theoretica si alius cognitionem suam referat ad actione disciplina erit practica

§. 12a

ad singula Resp. hoc pacto ad 1um licet in utraque phiae parte requiritur cognitio non tamen utrobique eodem modo requiri cognitionem cognitio requiritur in phia Theoretica tanquam finis ultimus qui habitum Theoreticum et ciuta

actu terminat sed cognitio quaeritur in practica non tanquam finis sed tanquam medium et adminiculum necessarium ad finem consequendum

§. 13a

Ad 2um. dico unam eandemque disciplinam non posse esse Theoreticam et practicam quia in disciplinis constituendis habenda est ratio summi finis qui quidem si respiciatur fieri nequit ut una et eadem disciplina sit contemplativa et activa ad inst. Resp. divisionem Medicinae in contemplativam et activam ab ultimo fine desumptam non esse. Deinde dico quando artis medicae pars dicitur esse practica practicae vocabulum non ita intelligi ut in partitione philosophiae realis in Theoreticam et practicam nam medicina practica non est activa sed effectiva quia eius finis est effectio

§. 14a

Ad 3um Resp. fines disciplinarum non esse aestimandos ex intentione aut proposito discentis sed ex ipsa natura cuiuslibet disciplinae ita ut proprius finis ad quem suapte natura destinatur non autem id quod in disciplina addiscenda aliquis sibi proponere sit

Quaestio 2a

An sit bona divisio philosophiae contemplativae in metaphysicam mathematicas disciplinas et physicam

§. 1a

Hanc philosophiae contemplativae divisionem bonam esse et accuratam asserimus et tamen his rationibus confirmamus

§. 2a

1o formae et essentiae vel sunt sequestratae ab omni materiae contagione et de his est Metaphysica vel cum materia coniunctionem habent et circa tales versatur physica vel denique mediae naturae et conditionis sunt ita ut reipsa in subiecto a materia sint sed ratione et consideratione ab ea abstrahantur et de his sunt disciplinae mathematicae cum igitur philosophia

contemplatiua formas et essentias rerum considerat ex omni: bus in triplici differentia sint necesse est ut phia contempla: tiua 3.a sit quia scientia sorantur res

§. 3.a

Scholastici alia desumunt probationem a varietate abstractionum quia abstractio constituit modum considerandi in qualibet scientia contemplatiua hanc autem probationem sic instituunt abstractio 3.ex est una a materia singulari et sensibili quae constituit scientiam naturalem alia est abs: tractio a materia singulari et uniuersali et haec inuenitur in mathematicis disciplinis quia mathematicus abstrahit quantitatem non solum a materia singulari sed etiam ab omni materia ... v.g. considerat circulum ligneum aut aeneum sed circuli et cuiuslibet figurae affectiones contemplatur nulla subiecti ratione habita. 3.a abstractio est ab omni materia et re et ratione cum consid: ... et talis est metaphysica cum igitur tres sint abstrah: ... modi hinc sequitur triplicem esse phiam contemplatiuam nempe metaphysicam mathematicas disciplinas et physicam

§. 4.a

Nunc refellenda sunt argumenta quae sententiae nostrae obesse videntur 1.o omne genus significat naturam quandam diuer: sam a natura suarum specierum proprietates habet diuer: sas et prius et antiquius est suis speciebus atqui nulla est phia contemplatiua quae naturam habeat diuersam ab his tribus quae prior et antiquior sit illis et quae diuersas habeat proprietates Ergo phia contemplatiua non est genus respectu illarum partium Resp. naturam generis non esse reipsa diuersam a suis speciebus sed tantum ratione ratiocinata et talem esse naturam phiae contemplatiuae

§. 5.a

2.o tota natura generis est in qualibet specie sed tota phia contemplatiua non continetur in unaquaque harum specierum nisi quis dicere velit quamlibet harum partium contem: plari omnia quae sub contemplatione cadunt atqui vere dub-

frustra esset. Ex. phia contemplatiua ὸ ē gnē respectu illarum partiū. Resp. totam naam gnis esse in quid ē speciebus ὸ tamen secundū modū et determinaonem quā accipit ab illis sic tota naa phiae contemplatiuae ē in qualibet harū partiū na. qualibet continuta ē cognitione veritatis ὸ tamen secundū quemlibet modū et per propriā denominaonem quae desumitur a subto proprio

S. 6.a

3o. Si phia contemplatiua esset gnē respectu illarum triū partiū tunc 4r essent, scilicet contemplatiuae una gralis et tres speales. Resp. phiam contemplatiuā ὸ statuere quartā phiam reipsa distinctā a suis speciebus quia gnē cū suis speciebus numerū ὸ facit.

S. 7.a

4o. Subta harū partiū phiae contemplatiuae nullum habent gnē commune in quo aequaliter conueniant. Ex. neqi hae tres partes possunt conuenire aequaliter in noe et definitione phiae contemplatiuae. Resp. obta harū triū partiū conuenire in contemplabili et scibili tanquā in communi gre

S. 8.a

5o. oīs diuisio gris in species ē bimembris quia fit per drias oppositas. Ex. Arle 6o. lib. Metaphs. cap. 10o. sed unū uni tantū contrariū ē. Resp. 1o ex Arle in 1o lib. de partibus aīaliū cap. 7o. diuisionem gris quandoqz fieri in plura membra ob quae duo ob defectū contrarū driarum. Resp. 2o. drias dici contrarias contrarii: etate impropie dicta. Resp. 3o. hanc diuisionem posse reuocari ad bimembrē hoc pacto oīs scia contemplatiua vel ē gralis vel specialis gralis ē Metaphya quae ens in gre considerat. scia specialis quae versatz circa aliquod entis gnē vel circa substantiā versatz vel circa accidens substāa vel ē incorporea vel corporea substantia corporea

contemplat specialis metaphysica pars et substantia corporea physicam constituit accidens circa quod versatur physica contemplativa tanquam circa proprium subjectum et quantitates quae considerantur in mathematicis disciplinis

Quaestio 3a
an physica sit vera et propriè dicta scientia

§. 1us

physicam esse veram et propriè dictam scientiam asserimus 1o. Aristotelis authoritati innixi qui in 3o. lib physicae ausc. cap. 2o. in lib. 1o. de partibus animalium cap. 1o. et in lib. 4o. Metaphysicae cap 5o. eam esse veram et propriè dictam scientiam pronuntiat

§. 2a.

2o. illud idem validissima ratione confirmamus hoc pacto illa est vera scientia quae concludit proprietates de suo subjecto scibili ex causa, cum existunt per veras et legitimas causas et necessarias sed physica illud facit ostendit siquidem ignem ferri in locum superum quia levis est et terra petere inferiore quia gravis est et corpus mixtum esse corruptibile quia componitur ex elementis

§. 3a

Multa tamen sunt argumenta quibus quidem ostendere hoc conantur physicam non esse scientiam 1o. sic argumentantur rerum infinitarum nulla est scientia atqui res naturales sunt infinitae ergo rerum naturalium non est scientia minor non est minus nota maiore quis enim non videt in capacissimo mundi gremio varia et infinita naturae opera dispersa ergo resp. rerum naturalium non esse sciam quatenus respectu nostri quasi innumerabiles et penè infinitae sunt sed quia ratione sub aliquo certo et finito genere comprehenduntur non enim agit de singulis animalibus et plantis qua

in vasto terrarum orbe continentur sed servetur tantum universa animalium et plantarum naturam

§. 4a.

2o. Scientia est universalium ex 1o lib. post. analyt. cap. 24. 2o lib. de anima cap. 6o. 1o Metaphys. cap. ultimo et 6o Ethi. cap. 6o. sed res naturales non sunt universales cum certo loco et tempore circumscribantur. Ergo rerum naturalium non est scientia. Resp. non quidem haberi res naturales esse singulares ut cadunt sub scientiam non cadere sed quatenus ad universalem speciem rediguntur. licet enim quidquid certo loco et tempore circumscribitur singulare sit hoc ipsum tamen (loco et tempore circumscribi) est universalis proprietas quae non uni rei tantum singulari sed omnibus competit

§. 5a.

3o. Sensibilium non est scientia sed res naturales sunt sensibiles. Ergo rerum naturalium non est scientia. Resp. sensibile dici dupliciter uno modo per se utendum quod terminat proxime actum potentiae sensitivae ut colores [illegible] et talium non esse scientiam alio modo per aliud quia videlicet est in his quae sentiuntur per se sicut natura universalis [illegible] scientiam et ut res naturales quatenus in physica considerantur sunt sensibiles per aliud non per se

§. 6a.

4o. entia per accidens non possunt sciri teste Arist. in 6o lib. Meta. cap. 2o. sed res naturales sunt entia per accidens quia constant ex rebus diversarum categoriarum ex materia videlicet sensibili et qualitatibus. Ergo rerum naturalium non est scientia. Resp. duplex esse ens per accidens unum secundum causam et alterum secundum attributionem quod per accidens secundum causam est quod nullam habet causam per se a qua fluat [illegible] secundum attributionem cuius attributum est accidens. [illegible] quando ergo Arist. dixit entia per accidens non posse sciri intellexit entia per accidens secundum causam non vero secundum attributionem sed natura sensibilis non est ens per accidens secundum causam sed secundum attributionem

§. 7.a

5.o rerum mutabilium non est scientia sed res naturales sunt mutabiles ergo rerum naturalium non est scientia. Resp. quamvis res naturales in singulari sint mutabiles tamen dicitur scientia posse constitui scientiam quia hoc saltem demonstrari potest eas esse mutabiles stabilemque servare in sua mutabilitate constantiam res sublunares sunt quidem mutabiles sed eas esse mutabiles est prorsus immutabile. Ideoque est male physica a quibusdam definitur rerum mutabilium immutabilis scientia

§. 8.a

6.o physica non cognoscit essentiam sui subiecti quia solum Metaphysica rerum essentias et quidditates considerat teste Aristotele in 4.o lib. Meta. cap. 2. ergo physica non est dicenda scientia. Resp. Metaphysicam considerare essentias rerum secundum praedicata communia et physicam rimari essentiam corporis naturalis secundum praedicata specialia

Quaestio 4.a

Utrum corpus naturale sit physicae subiectum

§. 1.a

In hac quaestione variae sunt philosophorum sententiae sed nos eam amplectimur quae asserit corpus naturale quatenus est naturale esse physicae obiectum totale formale et adaequatum

§. 2.a

Antequam sententiam nostram confirmemus sciendum est 1.o quid per corpus et 2.o quid per naturale intelligamus

§. 3.a

Corpus duplex est unum quod est species quantitatis et alterum quod est species substantiae prius appellatur mathematicum posterius vero physicum prius est trina dimensio posterius vero est subiectum cui haec trina dimensio inhaeret hac quaestio non instituitur de corpore priori modo considerato sed posteriori quo ultimo respectu nihil aliud est quam substantia corporea

§. 4.º

Naale variis modis dicit 1º illud dicit naale quod ẽ naae consentaneũ et sic opponit ei quod ẽ praeter contra vel supra naam sic v.g. motus deorsũ dicit naalis lapidis motus vero sursũ contra naam 2º naale sumitur pro eo quod ẽ innatũ et congenitũ alicui et sic opponit adventitio ut cũ qualitas aliqua dicit ee naalis alia vero adventitia 3º pro eo quod opponit violento ut cum mors alia dicit ee naalis et alia violenta 4º pro necessario seu õ voluntario opposito voluntario ut cũ motus pulmonis dicit naalis õ vero voluntarius 5º pro eo quod õ ẽ morale aut artificiale ut cũ actio alia dicit naalis alia moralis et alia artificialis et deniq. naale dicitur quod ex principiis naalibus intrinsecus nempe ex maã et formâ substaali compositũ ẽ et in hoc sensu hoc vocabulũ hic usurpamus

§. 5ª

his ita expositis sententiã nostram quã asserimus corpus quod ẽ spes subste et naale quod ex maa et formâ constat quatenus ex illa maâ et formâ substaali coalescit ee phyae subtum totale et formale confirmamus 1º authoritate Arlis qui in lib. 2º phys. aus. cap. 1º et in 3º lib. de caelo illud disertis verbis affirmat

§. 6ª

2º illud idem hac raone confirmamus illud ẽ totale adaequatũ et formale alicuius disciplinae subtum quod neque eam excedit neq. ab eã exceditur atq. ita se habet corpus naale respectu phyae Er. ẽ illius obtum formale totale et adaequatũ maa probaõne õ indiget mi. pr. hoc pacto 1º. certũ ẽ corpus naale õ excedere phyam quia in nullâ aliâ disciplinâ tractatio instituit quã in illâ saltem sub hoc respectu quatenus ẽ naale medicus quidem de corpore naali agit sed sub hac consideraõne quatenus ẽ sanitatis et morbi capax õ vero inquantũ maam et foam in se habet õ etiam corpus naale a phya exceditur quia nulla ẽ huius scie pars in qua vel de eius principiis et affectionibus vel de eius speciebus õ agat

§. 7a

Contra opinionem nostram quaedam afferuntur ad quae breviter resp. 1º. fortuna casu et vacuum considerari in physica quae ad corpus naturale revocari non possunt. Resp. quaedam per se tractari in physica quaedam vero per accidens principia proprietates et species corporis naturalis in hac scientia per se tractantur sed fortuna casus et vacuum per accidens fortuna quidem et casus quatenus sunt causae per accidens opposite causis per se et vacuum inquantum ostenditur nullum dari vacuum quod ita amovetur a loco qui est proprietas corporis naturalis

§. 8a

2º. obiicitur de Deo opt. max. in physica tractationem institui qui tamen nullo modo ad corpus naturale referri potest Resp. de Deo in hac scientia agi quatenus est principium extrinsecum motus qui est proprietas corporis naturalis

§. 9a

3º. affertur obiectio desumpta ab intelligentiis Aristoteles (inquiunt) in lib. de caelo egit de intelligentiis quae tamen non possunt dici corpora naturalia neque ad ea revocari possunt Resp. Aristotelem aliquid dixisse de intelligentiis quia eas esse circumrotantes orbibus caelestibus occupatas existimavit orbes autem caelestes sunt corpora naturalia

§. 10a

obiicitur ultimo tractatum in physica institui de anima rationali quae est incorporea et spiritualis atque ita sub corpore naturali comprehendi non potest Resp. doctrina de anima considerari a physico quatenus anima cum corpore coniuncta est non cum corpus consideratur a physico ut est ἄψυχον de inanimatum sed potius ut est ἔμψυχον id est animatum

Finis prolegomenon in Physicam

prolegomena particularia In libros naalis auscultaonis ab Arle conscriptos

§. 1.^a

Quoniam libri physici in quibus communis phyae pars continetz primi oium a nobis explicandi sunt ideo de eorũ inscriptione subto ordinone pauca quedã praefabimur

§. 2.^a

Quod ad 1.^m hi libri vocantz φυσικῆς ἀκροάσεως ide naalis auscultaonis cur autem ita apellentz dantz indagandũ ẽ sciendũ Er. ẽ librorũ Arlis quosdam dici ἀκροαματικοῖς ide auscultatorios alios vero ἐξωτερικοῖς ide extraneos auscultatorii dicantz hi libri qui sp̃ie abstrusũ ac difficile dicendi gnẽ a rerũ in iis tractarũ difficultatem vix capi possunt nisi viva voce ab aliquo doctore explicantz extranei vero vocantz illi libri qui faciliores erant et ad captũ rudiorum accomodatiores et ita a quibusuis intelligi poterant etiam ab iis qui Arlicae sectae nomina õ dederant

§. 3.^a

Diunt auscultatorii a exoterici libri 1.º in maa quia in libris exotericis (ut dam diximus) continetz doctrina facilis popularis ne ex intimis phiae recessibus deta: mpta at vero in acroomaticis subtiliora a spinosiora docentz

§. 4.^a

2.º diunt raone stili in exotericis enĩ reperitz facile a populare dicendi gnẽ at vero in auscultatoriis ẽ paulo gravior sublimior a obscurior invenitz stilus

§. 5.^a

3.º diunt docendi tempore quia doctrina librorũ exoteri: corũ vespari tradebatz in lyceo auscultatoriorum vero matutino tempore quod ad rerũ arduarũ a sublimiũ naas contemplandas accomodatius ẽ solet

§. 6ª

diunt etiam ratione auditorum quia ad librorum extraneorum
doctrinā intelligendā obuii quicunq; admittebantur sed ad
librorum auscultatoriorum explicationem ñ patebat aditus nisi
iis quorum aut ingenium in discendo studium et diligentia expl-
orasset Arlis

§. 7ª

Cur autem Arlis hoc obscuro et difficili dicendi genere usus
fuerit duae reddi possunt rationes 1ª ē gralis quia olim
veteres in hac sententia fuerunt ut nefas iudicarent nat
arcana in vulgus proferre unde alii fabularum involucris
ut prisci illi Orpheus Musaeus alii enigmatibus ut Pyth-
agorici et Platonici alii dictionis obscuritate ut heraclitus
qui circo σκοτεινος seu tenebricosus fuit apellatus res
phicas occultarunt hanc viā tenuit et approbavit Arlis
ut tarda et plumbea ingenia profanos hoos et desidiosa ver-
itatis indagatores a sacris istis phicis arceret

§. 8ª

Altera rao fuit Arli propria is cum praeceptor Alex-
andri magni fuisset sciret aut Alexandrum Magnum
invidiâ flagrantem noluisse rerum arduarum doctrina quam
docuerat in vulgus efferri iram regis vitans noluit quidē
quae longo studio et indefesso labore invenisset toti posteritati
invidere et tamen sic scripsit ut vix intelligi possint
unde (ut testatur Plutarchus in vitâ Alexandri magni)
cum litteris ad Arlem missis conquestus eet Alexander
quod libros de rerum nura conscriptos divulgasset sic ad-
eum rescripsit Arlis auscultatorias disputationes quas editas
quereris scito editas ñ ee ab iis cum solum qui nos audie-
runt poterunt intelligi

§. 9ª

Quare inscribuntur hi libri phyae auscultationis quasi
praelectionis de rebus naturalibus quia propter difficultatem
rerum quae in illis continentur et dictionis obscuritatem vix
ac ne vix quidem intelligi possunt nisi praeceptorem vivâ
voce explicantem et enucleantem audias

§. 10a

Quod ad subiectum horum librorum attinet iure merito corpus naturale horum subiectum statuitur hoc enim est statuendum alicuius operis subiectum cuius principia et proprietates in illo explicantur sed in his lib. agitur de materia forma et privatione quae sunt principia generationis corporis naturalis item de motu loco et tempore quae sunt eiusdem affectiones et proprietates hoc igitur tenendum est horum libr. subiectum imo et adaequatum

§. 11a

Sed dices quomodo corpus naturale potest esse horum librorum subiectum quum sit adaequatum subiectum totius physicae nihil enim potest esse subiectum adaequatum totius et partis huic obiectioni resp. dicendo corpus naturale trifariam considerari posse et sumi 1o pro genere praecise sumpto ab omnibus suis speciebus per intentionis abstractionem liberato 2o pro ipsa specierum corporis naturalis collectione et 3o pro genere una cum speciebus collectis corpus naturale 1o modo sumptum est subiectum horum librorum 2o modo acceptum est subiectum partis propriae physicae et 3o modo consideratum est adaequatum totius naturalis scientiae subiectum.

§. 12a

Superest ut videamus quomodo doctrina quae in his octo libris ab Arist. tradita et conscripta continetur dividi possit Arist. totum hoc opus partitus est in 8o lib. quorum in 1o agitur de principiis rerum naturalium nempe materia forma et privatione in 2o de natura et causis externis rerum naturalium item de modo quo natura operatur et quod nihil frustra faciat sed propter finem aliquem suum opus intendat ostenditur in 3o lib. tractatio instituitur de motu et de infinito in 4o de loco vacuo et tempore in 5o de speciebus unitate et contrarietate motus in 6o de continuo et divisione motus in partes continuas et quantitativas in 7o et 8o motus aeternitas explicatur et de primo motore agitur

Comment. in 1.^{m} Librum naalis auscultaonis

prefatio grali

§. 1.º

In hoc 1.º lib. incipit Arles agere de principiis gnaois corporis naalis nempe de maa forma et privaone ut autem tota huius lib. series melius a nobis percipiatur totum hunc librum dividimus in tres partes in 1.ª continetur 4.^{m} caput scia naalis 1.º premittitur ab Arle proemium seu prefao in totum sciam naalem que prefao continetur et absolvitur in 1.º cap. in 2.ª parte quoniam tempore Arlis longe lateque disseminati erant de corporis naalis principiis veterum phorum errores ne malum latius diffunderetur a pho carpuntur et corriguntur in 3.ª et ultimâ parte ut mali medicinam faciat Arles quid ex rei veritate sentiendum sit de corporis naalis principiis aperit.

Summa eorum que in singulis primi libri phye auscultaonis capta continentur

§. 1.º

In 1.º cap. 1.º phus ostendit quo ordine progrediendum sit in scia naali et docet in explicaone phye exordium sumendum esse a principiorum enucleaone 2.º demonstrat qua methodo uti debeamus in eorum expositione et ostendit utendum esse methodo a notioribus nobis et 3.º docet que sint illa que sunt nobis notiora probatque universaliora esse notiora nobis quam minus universalibus

§. 2.º

Universaliora esse notiora nobis quam minus universalibus triplici similitudine illustrat Arles 1.ª est huiusmodi quemadmodum totum est notius nobis ut tota domus 1.º enim

in sensus antiquā patant singularia cum rursus sic univ:
salius notius ē quia ē totum quoddā respectu suorū
inferiorū nempe totum potentiale 2ª similitudo hec ē
quemadmodū definitū quod ē totū quoddā respectu partiū
definitionis prius cognoscitur quā ipsa definitio ut prius cog:
noscitur circulū confuse antequā sciās ēē figuram ex
cuius centro omnes lineae ad circumferentiā ductae sunt aeq:
uales sic universale quod ē totū quoddam respectu suorū
inferiorū debet ēē notius 3ª similitudo ita se habet quae
pueri sola naē instinctu ducti prius cognoscunt sunt
notiora nobis atqui quod universalius ē 1º cognoscitur
pueri dando vero quod ē minus universale Ergo quod
universalius ē nobis notius ē min. huius syllog: sic
confirmat Arist. 1º pueri omnes viros appellant patres et
omnes mulieres matres postea vero dum crescunt aetas adc:
lescit in eis iudicium incipiunt patrem et matrem ab
aliis viris et mulieribus discernere huius rei ratio ē quia
pueri 1º patrem cognoscunt sub communi et universali ratione
quatenus ē hoc dein ad specialem cognitionem progredientes
patrem incipiunt apprehendere ut patet ē

§. 3ª

In 2º cap: varias veterū phorum opiniones circa rerum
naturalium principia proposuit easque in certas classes redigit
in sequentibus cap. illas examinaturus

§. 4ª

Parmenides et Melissus dicebant oia ēē unum ens immo:
bile. phys. vero existimabant oia ēē unū ens mobile
per physicos intelligit Arist. eos qui motū ē tollebant qui
enim tollit motū tollit naturam quae ē principium motus
qui autem tollit naturam physicus dici ē pt phys. autem qui
unū principium posuerunt divisi sunt in varias sectas
alii aerem ut Diogenes et Anaximenes et alii aquam
ut Thales et reliqui 6º sapientes tale principiū ēē exi:
stimarunt Democritus existimavit principia ēē unū
quid gñe ex forma figuraque tantū differens Anaxagoras
vero ex infinitis corpusculis contrariis ratione qualitatum

dissidentiā oia coaluisse volebat.

§. 5ª

In 3º cap. refutat Arles sententiā Parmenidis et Melissi asserentiu oia ee unū immobile hac praecipue raones. Si oia sunt unū ens vel oia sunt substaa vel accidens vel substaa simul et accidens si dicant omnia ee substantiā simul et accidens unū sequitur multa ee entia quia substaa et accidens n sunt unum ens si vero oia sunt accidens sequitur absurdū scilicet accidens ee sine substaa et proinde sine subto. Si vero oia dicant ee una substaa sibi ipsis contradicunt nam Parmenides voluit illud unū ens ee finitū Melissus vero infinitū. finitū autem et infinitū sunt affectiones quantitatis, ut si oia dicant ee una substaa nullū n quantū, et proinde nullū finitum aut infinitū

§. 6ª

In cap. 4º Arles refutat raones Melissi et Parmenidis et 1º Melissi. igitur Melissus sic argumentabatur ut probaret oia ee unū ens infinitū quidquid factum n principiū habet Er. quod n e factū n habet principiū sed ens n e factū. Er. n habet principiū et per consequens nec finem ac proinde e infinitū. Resp. Arles hanc argumentatioem peccare in mau quia hanc propoonem (quidquid factū principiū habet) intelligebat Melissus tu de principio rei sive magnitudinis tum de principio temporis vera autem e de principio temporis n de principio rei cum in plerisq; qualibus ex accidenti oes partes mutantur simul id experimur in aquae congelatione lactis coagulatione et aeris illuminatione oes enim tantum rerum partes simul mutantur

§. 7ª

2º Melissus probabat ens ee immobile hoc pacto ens e infinitū ut iam probatū fuit, ac proinde oia loca replet Er. e immobile quo nam moveri posset cum oia loca repleat hanc argumentatioem refellit Arles duplici raone 1º quamvis quod e infinitū n posset

moveri de loco in locum moveri tamen pt in loco quē occupat ut aqua movetꝫ in vase quod occupat calū in suo spatio mare in suo alveo 2ª responsio ē quod ē infinitū licet ō moveatꝫ secundū locū ō 2 tamen ē absurdū moveri alia spēe motus vdc secundū alterationem

§. 8.

3º Molissus sic probabat oīa ee unū ens ē infinitum Er. ē unū Resp. phus hinc sequi si ens eet infinitum ee unū maā ō tamen. ppreā ee unū spēe et formā ut dicebat Molissus videmus eñ quasdā substaās ee separatas ut sunt Deus et Angeli videmus etiā quasdā qualitates ee contrarias quæ spēe dunt Er. oīa ō sunt eadem spēe ut dicebat Molissus

§. 9ª

Postea refutat Arles argumentū Parmenidis sic aut argumentabatꝫ ut probaret oīa ee unū ens ens uno modo dicitꝫ Er. oīa sunt unū ens 1º ostendit Arles falsū ee antecedens quia ens multis modis dicitur deinde ostendit ō valere consequentiā ponatꝫ enim album unū signare ō tamen sequitꝫ oīa ee unū albū licet præter albū nihil sit poterunt eñ ē multa alba

§. 10º

In cap. 5º refutat Arles opinionem Anaxagoræ qui existimabat infinitas rerū oīum partes singulares minimas ee principia nālia idq; multis rōnibus 1º si infinitæ illæ particulæ sint principia nālia infinita erunt rerū nālium principia quod si infinita fuerint rerū nālium principia sciri ō poterunt quia quod ē infinitū pertransiri ō pt ignoratis autem principiis rerū nālium reliqua oīa ignorantꝫ et ita sequitꝫ ex opinione Anaxagoræ nihil in physa sciri posse 2ª rāo hæc ē si in qualibet re sint minimæ rerū particulæ ut voluit Anaxagoras sequitꝫ aālium et plantarum partes posse ee quantæcunque magnitudine quod ē absurdū cuiuslibet eñ rei certa definita et determinata quantitas 3º si oīa sunt in oibus vdc infinita

rerū particulæ in qualibet re contineantr ut voluit Anaxagoras sequitr res infinitas ēē in re finitā quod ē absurdū 4º. Si in oībus corporibus sint infinitæ rerū particulæ et secundū Anaxagorā ēē infinita corpora sequitr ñ solū ēē infinitū actu sed etiam infinita infinitis multiplicari quod prorsus ridiculum ē

S. 11ª

In cap. 6º in quo incipit 3ª et ultima pars huius libri Arlēs ut numerū ternariū principiorū commodius investiget probat contraria ēē principia et per consequens principia ēē contraria illud autem probat hoc pacto principia sunt quæ neq; ex aliis neq; ex se invicem sed ex iis oīa fiunt atqui 1ª contraria sunt huiusmodi ergo sunt principia Min. propõnem probat Arlēs per singula membra et 1º. quod 1ª contraria ñ fiant ex se invicem quia sunt contraria contraria aūt se mutuò perimunt ñ igitr unū fit aut componitr ex alio neq; etiam ex aliis fiunt 1ª contraria quia sic ñ ēent 1ª 3ium aūt ē quod ex alio ñ fit aut dependet quod oīa fiant ex contrariis quia oīs gnāo posita ē inter duos terminos a quo et ad quem qui se simul ñ compatiuntr sed adveniente uno perit alter ideo gnāo reperitur tantū inter contraria et quidquid gnatr ex contrariis gignitr

S. 12ª

Hic duo notanda sunt 1º. particulā (ex) ñ denotare hoc in loco habitudine partis componentis sed potius habitudine termini a quo cū termini recedentis ita ut contrariū ex contrario gnari sensus sit unū contrariorū gnari altero pereunte notandū ē 2º. Arlēm hoc in loco per 1ª contraria ñ intelligere contraria stricte sumpta sed in latiori signaōne privative opposita ut sunt forma et privaō

S. 13ª

In cap. 7º 4r. præstat Arlēs 1º. probat ñ ēē unum tantū rerū nālium principiū 2º. ñ ēē infinita numero principia 3º. ñ sufficere duo tantū ēē principia et 4º. tria tantū ēē

S. 14.ª

Quod ad primum attinet Arlus probat non unum dari rerum naturalium principium hoc pacto ~~principia~~ contraria non possunt esse unum sed principia sunt contraria Ergo non potest esse unum principium rerum naturalium Ma. pr. Arlus quia contrarietas reperitur ad minimum in duo cum contraria se mutuo destruant

S. 15.ª

2.º probat Arlus numerum principiorum non posse esse infinitum hoc modo si infinita sunt rerum naturalium principia sub scientiam non cadunt quia infinita pertransiri non possunt sed si principia non sciuntur non datur scientia naturalis

S. 16.ª

3.º probat phus non sufficere duo tantum rerum naturalium principia. sed esse plura duobus quia ex principiis rerum naturalium omnia componuntur et constant sed ex duobus principiis contrariis nihil constat et componitur quia contraria se mutuo destruunt nec se compatiuntur Ergo duo contraria non sunt tantum principia

S. 17.ª

4.º et ultimo demonstrat Arlus in hoc cap. tria esse rerum naturalium principia quia cum duo sint principia contraria necesse est duobus contrariis subiici 3.am aliquam naturam quia contraria ita se habent ut se mutuo destruant et adveniente uno recedat alterum necesse igitur concedere subiectum aliquod medium quod vicissitudines huiusmodi contrariorum sustineat

S. 18.ª

In cap. 7.º duo precipue praestat Arlus 1.º per generationem tam substantialem quam accidentalem colligit dari 1.am materiam 2.º materiam 1.am iter inventam describit per analogiam et similitudinem quam habet cum rebus artificialibus

S. 19ª

Quod ad 1ᵐ phus ostendit in graonibus tā acciden:
talibus quā substaalibus requiri aliquod subtum i
hoc verū ē in graonibus accidentalibus quae fiunt
quando accidens aliquod quod antea ō erat incipit ēe
de novo in his enī substernitur aliquod subtum quum
accidens ō possit subsistere sine subto 2º. idem probat
in graonibus substaarum cum enī formae substaales
materiā deposcant in qua suscipiuntur necesse ē in oī
graone substaali substerni maam aliquā quae formam
advenientem sustineat et subsit privationi formae introdu:
cendae quae per illius adventū recedit

S. 20ª

2º. quod ad 2ᵐ spectat quomodo cognoscenda sit materia
1ª per analogiam ad maam rerū artificialiū sic docet
ut se habet aes aut lignū ad statuam sic maa 1ª ad
res naales nam quemadmodū aes aut lignū ex se nullis
adornatur formis ~~substaalibus~~ artificialibus sic maa
ex suā naā nullas habet formas rerū naalium et
ut maa rerū artificialiū licet ex se nullas habeat
in se formas oēs tamen habere pt quarū interventu
fit aliquid in gre rerū artificialium sic maa 1ª ad
nullas quidem rerū naalium formas naaliter determ:
inata ē oēs tamen habere pt quarū adventu fit hoc
aliquid in gre rerū naalium

S. 21ª

In cap. 9º. refutat phus raonem quorundā veterū phorū
qui oēm ōino graonem de medio tollere nitebantur rao
illorū haec erat si ens fiat vel fit ex ente vel ex ō ente
sed neqi ex ente neqi ex ō ente fieri pt Er. nullo modo
fit et per consequens nulla ē rerū grao ma. vera ē quia
ens et ō ens medio carent cū sint contradictoria ne:
cesse ē Er. ut quidquid fit vel ex ente vel ex ō ente
fiat mi. sic illi probabant ens ō fit ex ō ente quia
ex nihilo nihil fit ens quoqi ō fit ex ente quia sic ens
ēet antequā fieret quod ē absurdū Er. neqi ex ente neqi
ex ō ente aliquid fit

§. 22.ª

Resp. Arlis quidquid fit fieri ex ente potentiali hoc ẽ ex mãã tanquã ex altera sui parte nec inde sequi ens ee antiquã gratz quod enĩ gratz ẽ ens actu idẽ compositũ naale quod õ gratz ex ente actu sed ex ente potentiali quod ẽ mãa quae ppter nãe suae exiguitatem et imperfectionem dicitz potentia Ergo antiquã gratz ens actu õ ẽ ens actu sed ens potentiale scilicet mãa praeexistens

§. 23.ª

In cap. 10.º et ultimo tria praestat phus 1.º discrimen ostendit quod intercedit inter mãam 1.ªm et priuãonem 2.º ostendit quo sensu mãa 1.ª sit ingrabilis et incorruptibilis et 3.º mãae 1.ª definitionem affert

§. 24.ª

Mãa 1.ª et priuão diffunt quia priuão õ ẽ substa sed absentia formae substãlis at vero mãa 1.ª substa ẽ

§. 25.ª

Mãam 1.ªm ee ingrabilẽ et incorruptibilem probat Arlis hoc pacto quidquid fit aut gratz fit ex praeexistente mãa siquidem ex nihilo nihil fit sed mãa 1.ª õ fit ex praeexistente mãa sic enĩ daretz mãa 1.ª prior prima quod ẽ absurdũ mãa igitz ẽ ingrabilis quod autem sit incorruptibilis sic demonstrat Arlis quidquid interit interuit in mãam 1.ªm sed mãa 1.ª õ interit in mãam 1.ªm sic enĩ mãa 1.ª superstes maneret post sui ipsius interitũ mãa 1.ª igitz õ interit

§. 26.ª

In 3.ª parte huiusce cap. Arlis definit mãam 1.ªm hoc pacto mãa 1.ª ẽ subtum 1.ªm ex quo insito fit aliquid per se a õ per se accidens dicitz subtum ut distinguatz a forma quae õ ẽ subtum sed in subto informãonis vocatz 1.ªm ut distinguatz a mãa 2.ª additz (ex quo insito) ut distinguatz a priuãone quae õ ẽ principiũ insitũ aut permanens sed terminus recedens distinguitz etiã per hoc a causa externa ut efficiente et finali res enĩ õ dicitz fieri ex sed ab efficiente nec ex fine sed propter finem additz denique per se et õ per accidens ad distinctionẽ priuãonis quae õ principiũ essentiale ut mãa sed accidentale

Finis expositionis 1.ⁱ lib. phycae auscultãonis

Quaestiones In i.m Librum physicae auscultationis:

Quaestio 1.a

Utrum universaliora sint notiora nobis minus universalibus

§. 1.a

Antequam hanc quaestionem ex cap. 1.o Lib. i phys. auscul: tationis a nobis expositi desumptam determinemus omnes status ponendi sunt.

§. 2.a

Sciendum Ex. 1.o per universale hic non denotari eas res universales quae cum longe distant et removeantur a sensibus non possunt dici nobis sed nostra notiora per universalia hic nos intelligimus gradus communes et universales qui in pluribus sunt et a pluribus participantur ut sunt substantia corpus vivens aut inter quos species infima est minime universalis et genus summum est gradus omnium universalissimus

§. 3.a

2.o notandum est duplicem esse cognitionem unam distinctam alteram vero confusam distincta rei cognitio est quando res cognoscitur accurata cognitione una omnibus quae in ea continentur ut aedificium distincte cognoscitur lustratis et inspectis omnibus et singulis eius partibus confusa autem rei cognitio est cum res cognoscitur non cognitis omnibus quae in ea continentur ut aedificium aliquod confuse cognoscitur quando eminus tantum videtur non cognitis iis quae in interioribus eius penetralibus occultantur

§. 4.a

observandum 3.o cognitionem adhuc duplicem esse una est originalis altera vero habitualis cognitio originalis est

1.a apprehensio rei quam antea non cognovimus talis est 1.a cognitio puerorum quando incipiunt cognoscere res quas antea numquam cognoverunt habitualis vero cognitio est notitia rei quam antea saepe cognovimus ut quando philosophus e somno excitatus incipit res eas meditari quas saepenumero meditatus est dicitur cognoscere cognitione habituali dicitur autem ea cognitio habitualis quia est rei cognitio ab habitu promanans quemadmodum alia dicitur originalis quoniam est 1.a apprehensio et quasi origo omnis subsequentis cognitionis

S. 5.a

His ita expositis haec quaestio sic a nobis determinatur cognitione originali confusa universaliora in sensu antea a nobis allato sumpta sunt notiora nobis minus universalibus quod cum pueri nullos habeant rerum habitus ordo quo incipiunt cognoscere hic est 1.o res universaliores concipiunt deinde minus universales

S. 6.a

Veritas huius conclusionis innititur 1.o authoritati Aristotelis qui in cap. 1.o lib. 1.i physicae auscultationis disertis verbis docet universaliora esse notiora minus universalibus

S. 7.a

2.o idem probatur hac ratione eodem ordine progreditur intellectus in intelligendo quo sensus in sentiendo quia omnis intellectus cognitio originem ducit a sensibus sed accidentia magis universalia prius apprehenduntur a sensibus Ergo etiam magis universalia prius cognoscuntur ab intellectu

S. 8.a

Ut minor constet probatur sciendum est nullam esse naturam communem quae non habeat accidentia quaedam per quae cognoscatur ut natura viventis cognoscitur per accretionem nutritionem et generationem natura sensitiva vero per motum et sensum humana natura per sermonem staturae rectitudinem officium corporis et reliqua huiusmodi

§. 9.a

hoc ita posito certum est accidentia naturae communiora prius sentiri quam accidentia naturae minus communis ut accidentia naturae animalis prius sentiuntur quam accidentia naturae humanae a accidentia viventis quam accidentia animalis ratio 1.a est 1.o quia accidentia naturae communioris fortius movent ut si e longinquo videas aliquod animal statim iudicabis esse corpus nec tamen illico percipies esse vivens vel animal 2.o ad apprehensionem corporis sufficit sola dimensionum apprehensio sed ut cognoscatur esse animal requiritur aliud nempe quod ex se moveatur et sentiat

§. 10.a

Contra afferuntur duo loci ex Aristotele deprompti quibus respondendum est 1.us locus desumptus est ex 1.o lib. Metaphys. cap. 6.o ubi Aristoteles dicit universaliora a nobis difficulter intelligi quia a sensibus nostris multum remota sunt sed Resp. Aristotelem hoc in loco intelligere universale in causando nempe Deum opt. max. qui difficulter a nobis cognoscitur. non vero universale in predicando ut animal

§. 11.a

2.o adfertur locus Aristotelis in opinionis contrariae patrocinium ex lib. 1.o de demonst. cap. 5.o ubi singularia vocat notiora nobis naturae tamen minus nota contra vero universalia notiora naturae nobis tamen minus nota Resp. Aristotelem hoc in loco per singulare intellexisse singulare certum ut Petrum aut Joannem quod singulare notius est universali quia apprehenditur cognitione sensitivâ et universale per intellectum sed quando nos dicimus universalia esse nobis notiora non comparamus universalia cum singularibus sed cum minus universalibus

Quaestio 2.ª

an sint tria rerum naturalium principia nec plura nec pauciora

§. 1.ª

Ut haec quaestio recte determinari possit, sciendum est 1.º alia esse principia intrinseca et alia extrinseca 2.º notandum alia esse principia generationis quae ad generationem necessario requiruntur et alia constitutionis quae rei naturam et essentiam constituunt.

§. 2.ª

His ita positis hanc quaestionem his duabus assertionibus determinamus quarum 1.ª ita se habet tria sunt principia intrinseca generationis nempe materia forma et privatio 2.ª vero talis est duo sunt principia constitutionis nempe materia et forma

§. 3.ª

Priorem assertionem confirmamus 1.º authoritate Aristotelis qui in cap. 8.º lib. 1.º physicae auscultationis a nobis explicati ita asserit et multis rationibus confirmat

§. 4.ª

2.º eadem haec ratione validissima ostendimus ea sunt principia interna generationis sine quibus explicari et definiri nequit generatio atqui sine illis allatis principiis nempe materia forma et privatione non potest concipi nec definitione explicari generatio illis vero retentis optime concipitur atque definitur ergo tria sunt generationis principia materia forma et privatio. Sic probatur generatio cum sit transitus a non esse ad esse non potest concipi sine termino a quo termino ad quem et medio vehiculo terminus a quo est privatio terminus ad quem est forma et medium vehiculum est materia ergo sine tribus illis principiis generatio concipi non potest

§. 5ª

Posteriorem conclusionem duplici ratione confirmamus quarum
1ª ita se habet unumquodque ex iis tanquam principiis compo-
nitur in quae etiam resolui potest sed res naturalis resoluntur in materiam
et formam ergo ex iis tantum componuntur 2ª ex illis res naturalis
tanquam principiis coalescit quae se habent ut actus et po-
tentia nam ex iis duabus rebus res qualibet constitui debere
author est Aristoteles in 8 lib. Meta. cap. 6º et in 2º lib. de anima
cap. 1º sed materia 1ª habet locum potentiae forma vero actus
ergo ex illis tanquam principiis tantum componitur

§. 6ª

Contra has duas assertiones quaedam adferuntur quibus res-
pondendum est 1º quidam probare conantur plura esse principia
generationis 4º sunt principia generationis nam praeter haec tria
datur causa efficiens Resp. causam efficientem esse principium generationis
extrinsecum non vero intrinsecum quo sensu dicimus haec tria esse
principia sed contra aliquis instare posset dicendo causam
efficientem aeque videri internam generationi quam sit privatio
sicut enim generatio non potest intelligi sine privatione et ideo censetur intr-
insecum generationis principium sic etiam generatio cum sit actio absque
causa efficiente concipi non potest Resp. generationem duobus modis
considerari posse 1º quatenus est actio a generante proficiscens
et sic sine causa efficiente concipi non potest 2º quatenus est via:
ad esse et sic agentis conceptione non eget
ut intelligatur sed tantum opus habet conceptione materiae formae
et privationis hoc autem ultimo modo hic a nobis concipitur

§. 7ª

2º unio videtur etiam principium compositi quia sine unione
neque esse neque concipi potest compositum Resp. unionem posse
dici principium quo compositum fit non ex quo componitur
at quando dicimus duo esse principia compositi intelli-
gimus principia ex quibus compositum fit tanquam partibus
et talia sunt materia et forma

§. 8ª

Qui pauciora principia tribus assignant multis utuntur rãdonibus quarũ 1ª ita se habet ea tantũ possunt ẽẽ 1ª principia que sunt 1ª contraria ut docet Arĩs in cap. 6º lib. 1 physicæ ausc. sed contrarietas solũ intercedit inter duo extrema nã unũ uni tantũ contrariatur Er. duo sunt tantũ principia Resp. 1º contrarietatem propriè dictã tantũ inter duo extrema intercedere verũ quia in oĩ contrarietate debet subiectũ aliquo utriq; extremo conuenire et quod pulso uno statĩ altero informetur ppter hanc cãam preter duo extrema contraria aliquod subiectum constituendũ ẽ et ita sunt tria principia Resp. 2º propositum Arĩs in cap. laudato continuã ẽẽ indefinita et de tribus principiis õ ẽẽ intelligenda sed tantũ de formâ et priuatione

§. 9ª

2º priuaõ et mãa sunt idem re et radne Er. absurdũ ẽ facere priuadonem distinctũ principiũ a mãa ant. pr. ex Arĩe qui sepius docet in physicis mãam et priuaõnem ẽẽ unũ quid numero Resp. mãam et priuaõnẽ dici unũ quid numero ede subto quia priuaõ ẽ in mãa tanquã in subto sed tamen mãam et priuaõnem dici res diuersas essentiã et definiõne ut patet ex cap. 10º et ultimo lib. 1 phys. ausc.

§. 10ª

3º forma õ videtur ẽẽ principiũ gradõnis quia finis gradõis õ ẽ eius principiũ finis aut et principiũ opponuntur sed forma ẽ finis gradõis cũ adueniat forma perficiatur grão Er. forma õ ẽ gradõis principiũ Resp. finem dupliciter sumi 1º pro eo ppter quod res ẽ et 2º pro termino ad quem productionis rei forma 1º modo sumpta õ ẽ gradõis principiũ sed tantũ 2º prout vocabulũ principii õ sumitur pro initio rei sed pro eo unde aliquid procedit sed dico si forma ẽ principiũ gradõis ut ẽ terminus ad quẽ sequitur

compositi ee quoq; principiu Resp. gradonem videor ad forma introducenda ut terminu qui dicitur produci ut quo et ad compositu tanqua ad terminu qui dicitur fieri ut quod atq; ita compositu nullo modo posse dici principiu

S. 11ª

4º ō ens ō pt ee principiu gradois sed privao ē ō ens Er. ō pt ee gradois principium Resp. ō ens ē simpliciter et absolute sumptu ō posse ee gradois principiu sed ō ens secundu quid presupponens aptitudine in subto posse ee principiu ō ut ē pars componens sed ut ē terminus a quo sicut ē privao componens

S. 12ª

5º Si privao sit principiu vel ē principiu quando ē vel quando ō ē atqui neq; ē principiu quando ē neq; quando ō ē Er. ō ē principiu pr. mi. hoc pacto pª ō ē principiu quando ē quia quandiu ē grao ō ē neq; etia quando ō ē quia quod ō ē ō pt principiare Resp. privaonem principiare quando ō ē ō quidem simpliciter scilicet quandiu ō ē eu per tota sui ō ee sed secundu quid videlicet per ium sui ō ee vel in sed secundu quid videlicet per ium sui ō ee vel in 1º desitionis sue momento hinc quidem ō pt ee principiu ut ē pars componens sed tantu ut terminus a quo

S. 13ª

6º quidquid corpus naale destruit ō pt ee principiu sed privao corpus naale destruit Er. ō pt ee principiu Resp. privaonem ō solu ee causam destructionis sed etia gradois imo fine eius principale ee gradonem destruit autem hanc rē ut alia grez ē g. privao ō tantu ē caa eius casus putrescat sed etia quod vermis inde grez Resp. 2º privaonem ō ee principiu respectu illius rei que corrumpitur ō eni ē absentia forma per: ountis aut preterite sed respectu nove gradois ē enim absentia forma future

Quaestio 3a

an detur maa 1a

§. 1a.

Quia maa 1a difficulter a nobis cognosci pt ideo quidā eam negarunt nos vero dari maam 1am asserimus 1o Aristis authoritati innixi qui in cap. 7o lib. 1i phys. auscult. eam ee rerū naalium principiū affirmat

§. 2a.

Idem etiam quibusdā raonibus a nobis pt. quarū 1a desumitur ex rerū transmutaone experimur enim unā rem in aliam converti ut ignem in aerem aerem in aquā impossibile autem ē imaginari quod ipse ignis fiat aer aut una substā fiat altera dicendū Er. ē recedere formam unius et succedere formam alterius in eadem maā cū om̄ sint valde diversa nisi aliquid haberet commune nempe maam ō posset talis fieri mutaō

§. 3a.

2o. sic ita ostenditur quod generatur vel fit ex nihilo vel ex praejacente maā sed quod generatur ō fit ex nihilo cum ex nihilo nihil fiat naē viribus Er. quod generatur fit ex praejacente maā et per consequens datur maa

§. 4a.

3o. quod corrumpitur vel abit in nihilū vel in aliquod maale sed quod corrumpitur ō abit in nihilū quod cū maale ē ō pt annihilari naē viribus Er. quod corrumpitur abit in aliquod maale et per consequens datur maa 1a

§. 5a

Denique per analogiā maa 1a demonstratur nā sicut artefactorū maa in varias formas et figuras ab artifice mutatur ut cera nunc homunculi mox scatelli postrā vero cervi formā recipere pt ita etiā naē utitur maa primā tanquā subto communi quod per vices induit formas

§. 6.ª

Qui existimant non dari materiam 1.am ita 1.o argutantur mutatio simpliciter 1.a nullum ens supponere potest eo quod per eam ens simpliciter et absolute compararetur sed generatio substantialis est mutatio simpliciter 1.a Ergo nullum ens supponere potest atqui supponit materiam Ergo materia non est ens Resp. majorem esse falsam nam quamvis per mutationem simpliciter 1.am qualis est generatio substantialis producatur ens simpliciter quod est totum praesupponit tamen ens quod est potentiam subiectum et materia ut ex ea totum oriatur

§. 7.ª

2.o omne ens dividitur in substantiam et accidens ex Aristotele in 6.o lib. Met. cap. 7.o sed materia 1.a neque est substantia neque accidens quia neque est quid neque quantum neque quale neque unum eorum quibus ens determinatur ut docet ipse Aristoteles in 7.o lib. Met. cap. 6.o Ergo materia 1.a non est ens Resp. Aristotelem dicere materiam 1.am neque esse quid neque quantum neque quale quia non habet certam et determinatam naturam ex se ut homo vel leonis non tamen desinere esse substantiam sed incompletam

§. 8.ª

3.o ita arguunt ex duobus entibus nihil per se oriri potest sed entia materialia ex materia et forma tanquam partibus oriuntur Ergo altera earum erit non ens hoc autem de forma dici nequit cum sit actus cuiusque rei Ergo materia erit non ens Resp. ex duobus entibus si utrumque fuerit in actu non posse aliquod ens per se oriri verum si unum fuerit in actu et alterum in potentia proindeque cum materia sit pura potentia forma vero actus ex his poterit totum materiale quod est unum per se oriri

Quaestio 4.ª

Quaenam sint nomina a Veteribus philosophis materiae 1.ae imposita

In hoc cap. breviter de nominibus quae materiae 1.ae a Veteribus

phiā imposita fuerunt agenda ē ut ad eius notitiam facilius perueniamus

§. 2ª.

1º ab illis vocata fuit Chaos eo quod confusa permixta et perturbata ratione rerū oium naliũ formas complectatur 2º. dicta ē sylva quia ut ex arboribus in aliquâ sylvâ consistit res innumeræ artificiales con: fici possunt ita ex mâ innumeræ et quasi infinitæ res nales oriuntur nuncupata ē etiā mater quia sicut mater in prolis gratione respectu viri dicitur principiū passiuū sic mâa ee ē principiū passiuū respectu formæ apellatur quoq: matrix quia ut matrix suo gremio complectitur prolē eamq: suo sinu fouet ac tuetur ita mâa in se suscipit formā eamq: fouet atq: conseruat

§. 3ª.

Turpis etiā noē indigitata ē quia ex se caret oī decore et venustate malefica etiā noē ē insignita quia quemadmodū mulier malefica proprii viri interitū molitur ut adultero liberius frui possit sic mâa 1ª molitur interitū formæ quā habet ut liberius frui possit eâ quâ caret deniq: dicitur fundamentū naē quia ut fundamentū toti structuræ supponitur ita mâa 1ª supponitur oī agenti in qualibet gratione

Quæstio 5ª

Quomodo deus et mâa 1ª differant

§. 1ª.

Tanta ē humana inscitiæ caligo tanta male philantiū prauitas et peruersitas ut nihil fingi pt adeo absurdū aut a veritate alienum quod aliquem deffensorem aut patronum nactū ō fuerit hoc manifeste constat ex hac abominandâ sententiâ quæ statuit mâam 1ªm nihil aliud

qua Deum qua Albertus magnus in commentariis suis in physicam tribuit Alexandro cuidam Epicureo

S. 2a.

Hanc sententiam multis refutare opus non est ideirco tantum ex comparatione Dei et materiae primae eius absurditatem indicabimus

S. 3a.

Certe nihil Deo dissimilius esse potest quam materia prima ille est actus purus haec est pura potentia ille est ens summum et quodam modo ipsum esse haec est ens infimum et quodam modo nihil ille fons omnium bonorum et perfectionum in rebus haec radix omnium defectuum et imperfectionum ille luminum abyssus haec abyssus tenebrarum ille ob nimiam lucem incomprehensibilis haec ob nimias tenebras ignota ille omnia in se continet eminenter et nobiliori modo quam in seipsis sunt haec omnia continet deficienter et modo ignobiliori ille formosissimus et ornatissimus haec maxime deformis et turpis

S. 4a.

Qui eo impudentiae et audaciae devenerunt ut materiam primam nihil aliud esse quam Deum dicere ausi fuerint suam sententiam hac ratione confirmant Deus et materia non differunt ergo sunt idem probatur hoc pacto antecedens quae differunt differentia differunt si ergo Deus differret a materia prima aliqua differentia differret et sic ex differentia componeretur et ita non esset quid simplex sed compositum quod dici nequit cum Deus sit simplicissimus Resp. eos qui hanc tenuerunt sententiam levi arguto in gravem errorem incidisse non enim intellexerunt discrimen quod est inter differens et diversum quod tradit ab Aristotele in 2o. lib. Metaph. textu 12. differunt inter se quaecunque in aliquo conveniunt et in aliquo distinguuntur ut homo et leo conveniunt in genere quia uterque est animal et distinguuntur per proprias differentias alter enim est rationis particeps alter vero expers diversa autem sunt quaecunque seipsis distinguuntur quoniam simplicissima sunt hic distinguuntur inter se primo summa genera 2o. differentiae ultimae sic denique Deus et materia prima cum sint duo extrema in latitudine entis sunt maxime disiuncta

Quaestio 6a.

an materia prima sit corpus

S. 1a.

Quidam ex recentioribus inter quos Zabarella nomen suum profitetur materiam primam esse corpus existimant hanc sententiam nos reiicimus et primo argumenta nostra adferemus et 2o. rationes quae opinionem ipsorum obscure videntur refutabimus

S. 2a.

1o. igitur ita argumentor omne corpus est compositum sed materia prima non est composita ergo materia prima non est corpus maior et minor confirmatione indigent

S. 3a

2o. de corpus vel ē mathematicū vel artificiosum vel phyūm
sed nullū horū ē māa 1a. 1o. māa 1a. ō ē corpus mathematicum
quia tale corpus ē quantitas et sic accidens sed māa 1a. ē substāa
ō ē etiam artificiosum quia principiū rerū naalium ō pendet ab arte
ō ē quoq; phyūm quia tunc eēt vel formatum vel informe ō form:
atum quia sic ex māa et formâ componeretur ō informe quia sic
oīa corpora eent informia quod enī dicitur essentialiter de superiori
dicitur etiā de inferiori

S. 4a

3o. si māa sit corpus vel ē finitū vel infinitū ō infinitū quia
tale ō datur cū mundus finitus sit ō ē finitū quia sic terminis
suis finiretur sed māa 1a. nullos habet terminos nisi quos habet a
forma

S. 5a

Qui vero contra sentiunt ita 1o. arguunt ex incorporeo ō pt
fieri corpus sed oīa corpora fiunt ex māa ergo māa ō ē incor:
porea Resp. corporeum dupliciter sumi pro spirituali et immaāli
et sic verū ē ex incorporeo ō fieri corpus vel corporeum accipi
pro eo quod ō ē actu corpus bene tamen potentiā et secundum
et tunc ō magis absurdū ē ex incorporeo fieri corpus quā ex
ovo pullum ita ovum ō ē pullus actu sed tantū potentiā
sic māa ō ē corpus actu sed tantū potentiā

S. 6a

2o. quod dat corporeitatem illud ē corpus sed māa dat corporei:
tatem ergo māa ē corpus ma. confirmatur quia nihil pt dare aliquid
quod ō sit illud Resp. distinguendū eē illud verbū dandi aliquid di:
citur dare duobus modis vel per se vel cum alio nihil pt per se aliquid
dare quod ō sit illud vel eminenter vel formaliter sed quod ō dat per
se sed cum alio illud necessario ō continet in se quod datur
sed tantum ē caa illius et principium sic forma ē caa exist:
entiae sed ipsa forma ō subsistit sed totum compositum sic
māa ē rao corporeitatis cum tamen ipsa ō ē corpus nam
māa ō dat corporeitatem per se sed sub formâ sicut forma
ō dat existentiam per se sed in māa

S. 7a

3o. subiectum magnitudinis ē corpus sed māa ē subiectum
magnitudinis ergo ē corpus Resp. maiorem veram eē de sub:
iecto denominaonis ō vero de subio inhaesionis sed māa
prima ō ē subiectum denominaonis tale enim ē totum
compositum sed subiectū inhaesionis

Quaestio 7ª

an materia 1ª habeat formam corporeitatis

§. 1ª

gratia et peccato beatus et damnatus si scilicet Lutetiae sit vir
probus et moriatur in tali statu Romae vero improbus deinde

potuit esse vivus et non vivus si Lutetiae non Romae interficiatur atque adeo homo erit et non homo, homo quia erit vivus, non homo vero quia homo mortuus non est homo

§. 12^a.

Sequuntur alia ex hac doctrina repugnantia fieri potest ut Petrus qui erit Romae Lutetiam petat et Petrus qui est Lutetiae Romam proficiscatur eadem via eadem linea tunc Petrus occurret Petro tunc Petrus movebitur duobus motibus contrarios terminos habentibus a quo et ad quem tunc etiam Petrus habebit et frontem et dorsum simul versus oppositos locos atque ita Petrus erit aliquis Janus bifrons quod omnino monstrosum est cum haec omnia absurdissima sint sequitur etiam prorsus ridiculam et absurdam esse sententiam Pontificiorum qui docent unum et idem numero corpus posse esse simul et eodem tempore in pluribus locis

§. 13^a.

Adversarii quaedam argumenta afferunt quibus breviter resp. 1°. ita arguunt ad unitatem corporis non pertinet unitas loci ergo unum corpus potest esse in pluribus locis ant. conf. quod est posterius corpore ordine naturae non pertinet ad eius unitatem atqui locus est posterior corpore ordine naturae prius enim est aliquod corpus existere quam loco contineri ergo unitas loci non pertinet ad unitatem corp: oris resp. unitatem loci non pertinere ad unitatem corporis essen: tialiter locus enim est quid posterius corpore sed tamen hoc non impedit quominus unitas loci consequatur unitatem corporis ita ut sublata unitate loci non possit unitas corporis subsistere esse enim in uno loco est proprietas unius corporis sed propriet: tates licet non pertineant ad essentiam rei ita tamen cohaerent necessario cum suis subiectis ut ab illis separari nullo modo possint quemadmodum igitur repugnat dicere hominem non esse visibilem quamvis visibilitas non pertineat ad essentiam hominis sic repugnat unum corpus non esse in uno loco quamvis unitas loci non cons: tituat unitatem corporis

§. 14^a.

2°. ita argutantur quod aliquando divinitus factum est illud proculdubio divinitus iam fieri potest sed aliquando factum est

divinitus nostri D. C. corpori praesens eet simul in caelo et in terrâ ut quando apparuit Paulo ut constat ex actorum 9º Resp. Paulum vidisse Christum in caelo existentem

§. 15ª

3º aa humana (inquiunt) ē tota in toto et tota in qualibet corporis parte et per consequens in pluribus locis Ergo idē pt dici de corpore Resp. 1º ō ee parē raonem aa et corporum cum aa humana sit substaa spiritualis Resp. 2º aam ō ee in corpore ut locatum in suo loco sed ut formam in maâ hic autem existendi modus diversus ē a modo existendi locati in loco ut antea vidimus apud Artem Resp. 3º hoc supposito aam ee in corpore tanquam in loco ō tamen fore ppheciâ ut corpus ē in pluribus locis sit dicunt aam posse ee in pluribus locis a se invicem separatis sed aa foret in corpore tanquā in loco in corpore inquā cujus partes contiguae sunt

Questio 3ª

an duo corpora possint ee in eodem loco proprio

§. 1ª

hac questio pphes controversiam inter nos et Pontificios de transubstantiaone magna animorum contentione exagitatam pertractanda ē et fundamenta phica ponenda quibus error destrui et veritas confirmari possit

§. 2ª

hac questio his duabus conclusionibus determinatur quarum 1ª ita se habet naturaliter fieri ō pt. ut duo corpora sint in eodem loco proprio hac conclusio 1º pr. testimonio Arlis qui in 4º lib. phys ausc. et cont. 27º absurdum ee existimat duo corpora simul ee in eodem loco

§. 3ª

2º de raonibus pr. 1º si duo corpora occuparent unum et eundem locum proprium fieret penetraō dimensionum quia unumquodq; corpus illum locum occuparet ita ut totus locus Resp.

toti illi corpori et singulæ partes corporis Resp. singulis loci partibus sed si unumqi corpus occuparet locu̅ propriu̅ hoc pacto fieret penetrao dimensionu̅ quæ ẽ impossibilis

s. 4a.

2o. si duo corpora possint ẽe in eodẽ loco proprio duæ partes eiusdẽ corporis possint ẽe in eodẽ loco partiali par enim rao ẽ sed duæ partes eiusdẽ corporis ñ possunt ẽe in eodem loco partiali sic enim una pars ñ eẽt extra aliã quod tamen requiritur necessario ꝑpter extensionẽ partiu̅ nã habere ex: tensionẽ partiu̅ ẽ habere partem extra partẽ at qui fieri pt ut duæ v. g. aut tres partes hi corporis sint in eodẽ loco cu̅ digito sic enim ñ excedunt magnitudinẽ digiti

s. 5a

Contra hanc conclusionem hæc obiiciunt 1o. Conimbric: enses dicunt duo corpora sese penetrare et in eodem loco existere quia in ferro candenti ignis ferru̅ permeat Resp. in ferri substaã ñ ẽe ignẽ sed magnu̅ calorẽ ẽe in illius poris

s. 6a

2o. dicunt panem in aquã iniectu̅ cu̅ madescit ab ipsâ aqua substaã quoque versu̅ subiri sed Resp. aquã per panis substaam ñ meare sed eius poros et meatus ingredi

s. 7a

3o. dicunt vas cineribus plenu̅ ñ minus aquæ recipere quã si nullo eẽt cinere repletu̅ quod ñ pt fieri nisi aqua quã substaã penetret cineris substaam cumqi penetret Resp. id ñ contingere ꝑpter penetraonem aquæ et cinerum sed oriri ex resolutione aquæ in vapores et halitus itemque tenuioru̅ et calidioru̅ cineris partiu̅ exhalaone

s. 8a

2a conclus talis ẽ supernaaliter fieri ñ pt ut duo cor= pora sint in eodẽ loco proprio hæc conclus ita pr. nulla potentia efficere pt ut duo contradictoria sint simul vera

at si duo corpora sint simul in uno et eodē loco proprio duo contradicentia erunt simul vera Er. hoc plane impossibile ē ita ab oibus conc. Deus enim ō pt facere quæ implicant contradictionē quia parū sibi constaret et 1.m veritatis fundamentū everteret mi. ita pr. qui dicit duo corpora ēē simul in eodē loco proprio dicit illū locū ēē propriū et tamen ō ēē propriū propriū ex hypoth. et ō propriū cū sit communis duobus corporibus Er. admittit istā contradictionē iste locus ē proprius iste locus ō ē proprius

S. 9a.

At Pontificii qui in dogma transubstantiationis conveniunt affirmativā partē tuentz dicunt 1o. dominū nostrū J. C. exiisse ex utero clauso beatæ virginis Mariæ sed hoc ē contra sacrā scripturā quæ Lucæ 2o. dicit Christū fuisse adductū in templū ut deo consecraretz juxta illud in lege contentū oē primogenitū masculū adaperiens vulvā domino sanctū vocabitz unde infertz manifestē Christū vulvā aperuisse nec proptereà dicendū Mariam ō fuisse virginē firmiter enī credimus ante partū et in partu virginē fuisse imò post partū in virginitate permansisse pie existimamus virgo enī dicitz ō quia distat a partu sed quia distat a viro

S. 10a.

Dicunt 2o. Christū Januis clausis intrasse ut habetz in actis apostolicis Resp. quidā hæc verba (Januis clausis) denotare temporis circumstantiam videlicet C. noctu ingressū fuisse sed hoc subtilius quā solidius dicendū Er. ē creaturā cessisse creatori et nihil ēē incommodi nā nonne potuit C. efficere ut portæ illi cederent et postea suâ virtute claderentz

S. 11a.

Dicunt 3o. C. exiisse ex sepulchro clauso sed Resp. pariter lapidē eius corpori cessisse et angelū aliquē illū voluisse ut constat ex Evangeliis

Quaestio 4ª
an detur vacuũ in rerum natura

§. 1ª

Si quanta ẽ totius naturae ad vacuũ totis viribus arcendũ et impediendũ conspiratio tantus etiam omnium hominum in vacuo negando consensus frustra hanc quaestionẽ utrum sit vacuũ et inane in rerũ naturâ ventilandã et exagitandã suscipere: mus sed quia multi fuerunt qui vacuũ quod tantopere fugit et aversatur natura rationibus astruere conati sunt ideò nos a partibus naturae stantes ad vacuũ de medio tollendũ ad communis parentis defensionẽ quidquid habemus viriũ conferemus

§. 2ª

In hac autem questione hunc ordinẽ observabimus 1º huius vocabuli vacui homonymiã distinguemus et quo sensu in hoc loco usurpetur ostendemus 2º rationibus illud vacuũ oppugnabimus et 3º argumenta quae ad illud stabiliendũ adferuntur refutabimus

§. 3ª

Quod ad 1ᵘᵐ sciendũ ẽ nomen vacui usurpari 1º pro illo quod nullo corpore sub sensus et maximè sub visũ cadente repletũ sic spatiũ quod ẽ inter caelũ et terrã inane quoddam interstitiũ vocari solet sic Virg. in principio lib. 6ⁱ Aeneid. illud magnũ inane nuncupat

§. 4ª

2º vacuũ dicitur illud quod nõ ẽ repletũ eo corpore ad quod destinatũ ẽ sic doliũ vacuũ dicimus cũ vino repletũ nõ ẽ et auditoriũ vacuũ nuncupamus cũ in eo nõ sunt auditores

§. 5ª

3º propriè vacuũ seu inane dicitur illud quod nullo prorsus corpore repletũ ẽ aut occupatũ vacuũ autem in hac significatione rursus bifariam usurpari potest vel enim significat negationem vel privationem alicuius corporis vacuũ negativũ dicitur in quo nõ ẽ corpus nec potest esse naturaliter sic in loco nõ disputamus utrũ detur vacuũ in hac significatione certũ enim ẽ extra caelũ esse spatiũ aliquod nullo corpore repletũ et in quo naturaliter nullũ potest esse corpus

vacuum autem privative sumptum non solum dicit corporis absentiam sed etiam aptitudinem naturalem ad corpora recipienda ita ut ubi non est corpus naturaliter tamen esse possit vacuum seu inane dicamus hoc vacuum in hoc loco disputandum suscipimus ita ut hic sit huius questionis status utrum detur spatium aliquod a nullo corpore occupatum quod tamen aliquo naturaliter repleri possit

S. 6.a

Veteres philosophi tale vacuum propugnarunt nos sequentibus rationibus oppugnamus et inane esse commentum demonstramus

S. 7.a

1.a ratio ita se habet natura nihil frustra facit et nihil otiosum patitur sed si detur vacuum frustra esset et otiosum nec otiosum modo sed etiam noxium maxime cum inusit in vultu naturae deformitatem quia scilicet mundi unitatem tollit quae in unione et extremorum contiguitate consistit ergo patitur natura vacuum

S. 8.a

2.a ratio desumitur ab experientia quae talis est cur enim in cucurbitis medicorum sursum elevatur caro nisi quia aer qui per candelam intus accensam prius rarefactus fuerat et attenuatus extinctam candelam stipatur et in densitatem coit et minorem proinde molem quam antea occupat et sic ne aliquid spatii vacuum relinquatur sursum attollitur et elevatur caro

S. 9.a

Cur quoque res graves aliquando contra propriam inclinationem ascendunt et leves reluctante etiam natura descendunt nisi metu vacui v. g. si ampulla cuius aer intus calefactus sit et rarefactus inverso orificio super aquam frigidam imponatur ascendit aqua quia aquae frigidae contactu refrigeratur aer intus inclusus et ita condensatur et sic minus quam antea deposcit spatium ne cum aliquod vacuum relinquatur ascendit aqua ad defectum aeris supplendum

S. 10.a

Deinde non dari vacuum hac experientia ostendimus experimur cum vesicam aliquam aut membranam si nimis inflatur per calorem rumpi totum aerem qui in illa continebatur defluere et se ad alium locum recipere at si ibi vacuum et inane fuisset

dilatatae fuissent illius vesicae latera et aer intra illa se continuisset quapropter nullum e huiusmodi inane in corporibus

§. 11.ª

Ultimo ut docet Aristoteles in 3.º Meteorologico et cap. 2.º ad hunc orbem inferiorem conservandum necessarii sunt influxus orbium caelestium at si vacuum inter nos et globos illos caelestes intercederet quomodo possent influxus ab iis ad nos derivari devenire non nisi corpus aliquod interiaceret quod illos paulatim ad nos deferat devenire ad nos non poterunt

§. 12.ª

Sequitur nunc ut diluamus rationes quibus vacuum astruere videtur

pro ita se habet rarum dicitur illud quod constat partibus ab se invicem distantibus ut sunt lana et spongia in quibus sunt meatus et spatia quaedam licet aliquo corpore repleta sed aer est corpus aliquod rarum habet igitur partes inter se distantes continetque meatus et spatia quaedam nunc quaero utrum illa spatia aliquo corpore repleantur necne si nullo repleantur corpore datur ergo vacuum si aliquo quodnam est illud non enim ostendi potest cuius generis sit illud corpus a quo occupantur illa spatia aeris Resp. 2.x esse rarum ex Aristotele unum de categoria situs et alterum de categoria qualitatis rarum de categoria situs dicitur illud quod constat partibus a se invicem distantibus et in quo reperiuntur meatus et spatia licet tenuiori aliquo semper corpore occupata rarum vero de categoria qualitatis est illud quod habet substantiam aliquam tenuem et dilatatam dico itaque aerem esse corpus rarum non enim raritate quae pertinet ad categoriam situs quae nihil aliud est quam distinctio partium a se invicem est enim aer continuus nulla in se spatia aut meatus continens aerem vero dicimus esse rarum enim raritate quae pertinet ad categoriam qualitatis quae nihil aliud est quam substantiae tenuitas quaedam

§. 13.ª

2.º Vacuum experientia comprobari pro hoc pacto sit vas aliquod calidissima aqua repletum cuius orificium bene obturetur certum est aquam ad naturalem frigiditatem redituram et ita condensatum iri condensatio enim est frigoris comes et aqua condensata autem

aquæ indubitatū ē minus occupaturæ spatiū quàm ~~antea~~ ubi quin autem āer illabi ē possit a lege insinuari in vas in eo relinqueretur vacuū Resp. nullū propterea fore vacuū quia in hoc casu educerentur et elevarentur ab aquâ vapores qui dilatarentur et illud spatiū occuparent

§. 4ª

3º. Sumamus duas tabulas planas perfectè q; levigatas quæ sint cohærentes sibi per oīa latera contingant ita ut inter illas nullū intersit intermediū corpus paulatimq; superior æqualiter ab oībus partibus inferioris elevetur tunc in instanti immediatè sequenti elevationem vel inter illas duas tabulas erit āer vel vacuū sed āer ēē nequit quia ex hypothesi antea datā neq; āer neq; ullū corpus erat neq; pt ēē in instanti immediatè sequenti levationem nā āer ō pt ēē in aliquo loco ubi ō erat nisi per motū qui in instanti ēē nequit quare inter eas necessario intercedet inane Resp. 1º ex Arist. in lib. 2º de āīa et cap. 11º fieri ō posse ut duæ tabulæ inter se per oēs partes se contingant ut nullū corpus intermediū aut āer aut aqua aut vapores intercedant. Resp. 2º unā tabulā ō posse æqualiter et secundū oēs partes separari et deglutinari ab alterâ atq; inter āerem per illud tempus posse paulatī ingredi

§. 5ª

4º. posito uno contrariorū in rerū naturâ alterū debet necessario poni sed vacuū et plenū sunt opposita Ergo si datur plenū datur etiā vacuū Resp. hanc maximā ō ēē veram de privativè oppositis ut sunt plenū et vacuū

Quæstio 5ª
an sit tempus

§. 1ª

Tempus dandū ē ut de tempore disputemus. et quia quæstio an sit ē oīum 1ª ideo præcedere debet et idcirco 1º quærimus an sit tempus

§. 2ª

Tempus ēē 1º constat ex oīum gentiū populorumq; consensu qui nominant diem hebdomada mense anni quæ sunt partes temporis

§. 3.ª

2.º quod conditum est a Deo aliquid est a parte rei existens sed tempus a Deo conditum est psal. cui 74.º ita loquitur psalmista tua est dies tua est nox tu auroram et solem creasti et in cap. 1.º genesis Moses narrat Deum dixisse fiant luminaria et dividant diem et noctem

§. 4.ª

3.º omnes res caducae citoque periturae mensuram aliquam habent suae durationis aliquam siquidem mensuram dimetimur res multum aut parum durasse. sed huiusmodi mensura nulla alia est quam temporis ratione cuius quaedam maiorem quaedam vero minorem durationem habent Ergo tempus in rerum natura est constituendum

§. 5.ª

Contra hanc sententiam quae verissima est hoc obiicitur quidquid est compositum ex non entibus illud est non ens sed tempus est huiusmodi natura est compositum ex praeterito et futuro quae sunt non entia et praesens parvissimum temporis pars non est natura ex praesenti praeter ins: tans nihil habemus ut docet Seneca ~~cap~~ lib. 16.º naturalium Quaest. cap. ultimo ubi ita loquitur ut quod futurum est nondum ut quod fuit in puncto temporis fugientis pendeo Resp. duobus modis aliqua posse dici non entia 1.º quia neque sunt actu neque potestate neque fuerunt neque unquam erunt futura ut sunt chimera hippocentaurus montes aurei alio modo quae quamvis actu non sint tamen vel fuerunt vel futura erunt ex non entibus autem 2.º modo 1.º modo nullum ens potest componi ex non entibus autem 2.º modo certe potest si illius natura fuerit successiva ut est natura temporis quod est in perpetuo fluxu

Questio 6.ª
Quid sit tempus

§. 1.ª

Quamvis tempus esse pro comperto habeatur nemoque sit qui illud in ore non habeat attamen eius naturam cognoscere valde difficile est quod significabant philosophi Ægiptii depicta imagine serpentis caudam suam occultantis per spiras enim dierum annorumque volubiles series designabant per caudam vero occul: tam latentem eius naturam repraesentabant neque solum difficile est quid tempus sit percipere sed etiam perfecta oratione explicare

quo pertinet illud Augustini in lib. 11° confessionum suarum cap. 14° ubi ita loquitur quid est ergo tempus si nemo a me quaerat scio si quaerenti explicare velim nescio

§. 2ª

Nisi communis tamen natura temporis a nobis est investiganda melius autem cognosci non potest quam ex definitione illius ab Aristotele allata qua dicitur esse numerus motus per prius et posterius

§. 3ª

Haec definitio nobis propugnanda est contra eorum obiectiones qui eam non esse bonam et accuratam asserunt 1° igitur ita argumentantur species quantitatis discretae non potest esse genus speciei quantitatis continuae sed numerus est species quantitatis discretae et tempus est species quantitatis continuae ergo numerus non potest esse genus temporis Resp. numerum numerantem esse speciem quantitatis discretae non vero numerum numeratum at tempus est numerus numeratus

§. 4ª

2° haec definitio videtur esse manca nam tempus non tantum est numerus motus sed etiam quietis et tamen in hac definitione nulla quietis mentio fit Resp. rationem cur quietis in illa temporis definitione mentio non fiat hanc esse quia motus 1° et per se a tempore mensuratur quies autem per accidens quatenus est privatio motus quemadmodum enim per se videtur lumen et sonus per se auditur per accidens vero videntur tenebrae quatenus non videtur lumen et per accidens auditur silentium per non perceptionem soni sic per se mensuratur motus quies autem per accidens quatenus est motus privatio

§. 5ª

3° prius et posterius a tempore ortum habent si ergo tempus est numerus partium motus per prius et posterius tempus per suas partes definitur nempe per prius et posterius quod ab ipso manat quod vitium maximum est nam idem per se ipsum definire ridiculum est Resp. ex hac ratione non sequi ut idem per se ipsum definiatur nam prius et posterius per quae tempus definitur non sunt prius et posterius temporis sed motus

§. 6.a

4.o si tempus esset numerus motus esset quoq; illius mensura at hoc ō pt. ee quia tunc relatu foret gns entis absoluti mensura enī ē quid relatū Rsp. relatū secundū dici posse ee gns entis absoluti sed mensura ē relatū secundū dici et ō secundū ee et sic temporis gns ee pt. sed dices adhuc aliquis quomodo tempus pt ee mensura motus quin sit mensura sui ipsius Rsp. breviter tempus ee mensurā repetitionis respectu sui ipsius et mensurā applicationis respectu motus

Quaestio 7.a
an tempus existat per instantia

§. 1.a

hanc questionē ita determinamus temporis partes sed de ordine existentiis quē inter sese tenent agamus per ipsa instantia existunt at vero si tempus absolute consideretz ō per instantia sed per suas partes existit

§. 2.a

hanc assertionē ita confirmamus id quod ē extensū et divisibile ō pt existere per inextensū et indivisibile nā si existeret idem haberet existentiā divisibile et indivisibile sed existentia instantis ē indivisibilis temporis vero divisibilis Er. ō pt tempus per instantia existere

§. 3.a

contra vero quedā obiiciuntz ad quae breviter Rsp. 1.o adfertz locus desumptus ex Arist. qui in 4.o lib. phys. ausc. aperte dicit de tempore nos nihil aliud habere quā instans quod si de eo nos nihil aliud habeamus Er. tempus existit per sola instantia Rsp. verū ee actu et simul nihil nos aliud habere de tempore quā instans sed ō pptrea sequitz tempus existere per instans quia existentia temporis ō ē simul sed successiva Rsp. 2.o hoc dictū intelligendū ee de tempore respectu ordinis nā quia hic ordo ab existentia instantis dependet ideo verū ē nihil presens praeter instans nos habere quia nihil presens habemus praeter ordinē qui ab instanti petitz

§. 4.a

2.o nulla res quando fit ē nā prius ē fieri quā ee sed tempus iuxtā suas partes successive fit nā una succedit alteri perpetuo

Er. ô ē per suas partes et per consequens solius instantis beneficio Resp. dictū illud (nihil dū fit ē) intelligendum esse de permanentibus ō vero de successivis itemquam tempus sit successivum quando fit ē et idē in illo ē fieri et esse

S. 5a

3o. per illud quod ō ē res ō pt existere sed partes temporis ǭ sunt Er. per partes temporis ō pt existere Resp. ma. verā esse in permanentibus falsā vero in successivis at tempus ut autea diximus ē quid successivum

Finis Quaestionum in 4m Lib. phys. ausc.

Summa 4r Lib.m Sequentiū phys. ausc.

S. 1a

Quia quae ad motus naturam intelligendā necessaria sunt in praecedentibus Lib.s exposita fuere ideo 4r Lib. Sequentiū contextus explicationi supersedemus maxime quoniam quae ab Arle in his Lib. pertractantur a nobis in compendio phyco tradita et explanata fuere tantū igitur ut aliquid curriculo nostro desit quae fuse in his Lib. a pho propo:nuntur in summā contrahemus et quā de re in unoquoqi libro agat breviter ostendemus

S. 2a.

In Lib. 5o. tria praecipue tractat Arles 1o. de speciebus motus longe lateqi disserit 2o. de unitate motus agit et 3o. de motuū contrarietate tractatione instituit

S. 3a

In 1a Lib. 6i part. demonstrat phus motū ex partibus divisibilibus constare ō autem ex indivisibilibus ut phi quidā opinati sunt qui insectilia corpora invexere In 2a. part. ostendit quot modis secari queat motus in 3a part. quae sit etiā quietis divisio declarat et in postremā Zenonē insectatur

§. 4a

Lib. 7i et 8i de Princ. et argumentum a instituit sed in 7o lib. phys pictorum more futurum opus rudioribus lineis adumbrat ut eorum quae in 8o exquisitius pertractaturus est praenotione aliqua instructi singula postea facilius comprehendamus

§. 5a

Est autem hic liber 7us in duas partes distributus 1a continet Theoremata quaedam de principio motus atque in id praecipue incumbit ut ostendat dari in rerum natura unum 1m motum 1q. motorem posterior vero moventia et mobilia quod ad velocitatem et tarditatem motus inter se confert

§. 6a

Quae lineis adumbravit Arlis in lib. 7o illa eadem exprimit in lib. 8o accuratius demonstrat igitur hoc in loco et 1i mot: oris aeternitatem et perpetuitatem motus quum enim motus praecipua sit corporis naturalis proprietas cum etiam ex Arlis sententia quidam sit motus perpetuus fine carens et princi: pio disputatio de motus aeternitate et perpetuitate non fuit praetermittenda nec solum huic tractationi motus adhaerescit Arlis sed altius animo atque mente sublevans ad 1i et aeterni m: otoris contemplationem erigitur et ex motus perpetuitate colli: git 1i motoris aeternitatem

Finis summae lib. 5i 6i 7i et 8i phys. ausc.

Quaestio unica in 8m lib. phys auscult.

An mundus sit aeternus

§. 1a

Sicut in religione diligenter cavendum est ne rationum nimis argu: tarum fuco puram et liquidam Dei veritatem corrumpamus sic fugienda est illorum superstitio qui nefas arbitrantur ad veritatem in Sacris Litteris revelatam corroborandam et a profanorum hominum conatibus vindicandam rationes depromere e medio philosophiae consu phia mi et Theologia adversis frontibus inter se non concurrunt

Sed probe inter se consentiunt et foederant; enim philosophia Theolo-
giae inserviat et ancillatur in arte aedificandi quis nescit praeci-
puam esse laudem architecti ac adeo negligis operarios et ministros
in arte navigandi primas tenet Nauclerus nemo ignorat
adeoque tamen spernit remiges et sentinatores in exercitu
ius est imperator ac non adeo relinquit locum militibus Sic ad
veritatem nobis caelitus revelatam deffendendam principatum obtin-
eant rationes a Dei verbo desumptae non spernantur tamen
quae a philosophiae armamentario depromuntur

§. 2a

Quare licet nos in schola Christianorum educati nos (inquam)
quibus ipsa veritas de caelo demissa seipsam demonstravit et
patefecit firmiter credamus et constanter affirmemus mundum
in tempore a Deo productum fuisse scriptum enim est in princi-
pio Deus creavit caelum et terram attamen eandem veritatem
rationibus physicis confirmare nos philosophiam profitentes non pigebit

§. 3a

Huic quaestioni unica conclusione resp. quae ita se habet Deus
mundum libere et non ex naturae necessitate in tempore creavit ut haec
conclusio rite confirmetur tria probanda sunt 1o Deum mundum
creasse 2o illum creavisse in tempore et 3o illum non condidisse ex
necessitate naturae sed libere

§. 4a

Quod ad 1am partem huius conclusionis attinet nos ita pro-
bamus Deum mundum creavisse seu ex nihilo condidisse
1o Si Deus non potest agere nisi ex subiecto Ergo virtus eius astricta
est et definita ad materiam Iam quaero quis eam definivit et astrinxit
non Deus ipse sibi neque aliquid prius et superius Deo neque
materia quoniam haec ~~mat~~ natura posterior Deo Ergo nihil

§. 5a

2o Quo maior nobilitas est agentis quo paucioribus indiget ad
agendum sed Deus est nobilior agens quam natura Ergo paucioribus
ad agendum indiget sed natura eget materia 1o Ergo eam non requirit
Deus

§. 6a

2o probamus Deum mundum in tempore creasse hac ratione
in mundi creatione Deus proposuit sibi gloriae suae manifestationem
ac illustrationem decuit igitur Deum mundum condere eo modo

quo magis patefit et illustratur eius gloria sed gloria divina illustratur multo magis in productione mundi in tempore quam si Deus mundum ab aeterno produxisset quia cum mundus incepit esse qui antea non erat indignissimi iudicarent mundum a Deo dependere nihil eum scipsum reducere pt Deo esse ad esse item quilibet cognoscit Deum libere non ex necessitate naturae mundum produxisse non in sui commodum et utilitatem cum ab aeterno fuerit absque mundo sed ut aliis bonitatem suam largiretur et communicaret

§. 7.[a]

3.º probamus Deum non ex necessitate naturae sed libere mundum condidisse hoc argumento quaecumque agunt ex naturae necessitate agunt secundum totam virtutem et ut (loquuntur Scholastici) secundum ultimum potentiae ut Sol maxime illuminat ignis maxime calefacit et quantum pt sed Deus nunquam operatur secundum totam suam virtutem nec quantum pt quia sic agit ut semper meliora et perfectiora possit agere alioquin exhauriret eius potentia et ita non esset infinitae virtutis quod dicere nefas est quae igitur Deus extra se operatur libere et non per naturae necessitatem agit

§. 8.[a]

agendum vices paulisper commutemus et qui oppugnatoris officio defuncti sumus propugnatoris personam induentes argumenta in hanc veritatem contorta retundamus

§. 9.[a]

contra 1.[am] partem nostrae conclusionis duo proponuntur argumenta quorum 1.[um] ita se habet fieri nequit ut mundus sit a Deo ex nihilo creatus quia ut constat ex Aristotele ~~et ex~~ in cap. 8.º lib. 1 phys. ausc. et ex omnibus aliis philosophis ex nihilo nihil fieri pt Resp. verum esse ex nihilo nihil fieri posse naturaliter sed supernaturaliter et secundum virtutem infinitam qualis est Dei ex nihilo aliquid fieri posse imo et omnia ita producta fuisse

§. 10.[a]

2.º quod creatur ante suam creationem vel habet potentiam ut creetur vel non si potentiam non habet ut creetur non igitur possibilis est creatio si potentiam haec potentia est in aliquo subiecto et ita in quo creatur praeexistit aliquod subiectum quod potentiam habet ad creationem quod est contra naturam creationis huic obiectioni ita Resp. dicimus duplicem esse potentiam intrinsecam unam ex parte materiae et extrinsecam alteram ex parte agentis quod pt creari non denotat potentiam

intrinsecā respectu illius sed potentiā extrinsecā in agente ita ut rē aliquā posse creari nihil aliud sit quā Deum rē illā posse creare

S. 11.ª

Contra 2.^am partem nostrae conclusionis hae rāones adferunt 1.º Si tempus ē ab aeterno Er. et mundus tempus autem ēe ab aeterno sic demonstrat tempus ō ē sine momento sed nullū ē momentū quod ō sit finis praeteriti temporis et initiū futuri Er. tempus nunquā incepit ēe Resp. negari quodlibet momentū ēe finē praeteriti temporis et initiū futuri datū enim momentū quod fuit in tempore terminus initialis sive inchoans de mo: mentū quod fuit tantū initiū futuri temporis et ō finis praeteriti

S. 12.ª

2.º Si incepit tempus Er. aliquando ō fuit desinet etiā Er. aliquando ō erit sed aliquando dicit tempus et durāonem Er. tempus erit cū ō erit et tempus fuit cū ō fuit quod ē impossibile Resp. aliquando vel sumi positive et sic tempus dicere vel negative et sic dicere negāonem perpetuitatis motus et ultimo modo debere intelligi in argūto ō 1.º

S. 13.ª

3.º tempus vel ē ab aeterno vel de novo incepit at tempus ō incepit de novo si enī incepit prius ō erat at prius et post: erius sunt diffā temporis Er. ante tempus fuit tempus quod ē absurdū Er. tempus ē ab aeterno ac proinde mundus Resp. prius et posterius duobus modis accipi vel secundū rē vel secundū rāonem prius et posterius secundū rē signant partes priores et posteriores alicuius rei successionē habentis et ita ante tempus ō fuit prius quia ante tempus nullū fuit ens successivū prius et posterius secundū rāonem dicunt cū ordine ad priores et posteriores nostros conceptus ita ut illud prius dicat secundū rāonē de quo formari possunt priores conceptus et posterius de quo formari possunt posteriores licet in re oī successione careat hoc pacto intelligit prius cū dicimus tempus incepisse ita ut prius ō esset sensus enī ē tempus ita expisses ut de tempore concesti formare possimus conceptū priorē tempus ō ē

S. 14.ª

4.º Si Deus mundū in tempore creavit Er. factus ē in tempore creator ac proinde mutatus mutat enī illi qui nunc aliter se habet quā antea Deus autem si mundus habuit initiū factus ē

creator quum antea ō eēt Er. fuit mutatus Resp. mundum Deum in tempore creasse absq. ulla sui mutatione absit enim Deum a rebus creatis aliquid mutuari quibus oīa per suam immensā liberalitatem largitus ē sed verū ē Deum aequisiuisse aliquā relaonem raonis quae nihil ponit in re sed inquiro nomine Deus aliter se habet quum sit de novo creator Resp. verū id quidē eē ō in se ipso sed in ordine tantū ad creaturas sed (instabis) Deus ē realiter creator Er. per relaonem realem refertur ad creaturas Resp. Deum eē quidē realiter creatorem ō quod relaone reali referatur ad creaturas sed quia terminat relaonem realē qua creaturae ad illū referuntur

§. 15.^a

5.° vel Deus potuit mundū producere ab aeterno et noluit vel ō potuit et voluit si potuit et noluit Er. fuit inuidus si vero voluit et ō potuit Er. fuit impotens sed neq. inuidia neq. impotentia Deo tribui possunt absq. blasphemia Er. Deus mundū ab aeterno produxit Resp. Deum ab aeterno potuisse ō tamen voluisse mundū producere neq. ppterea fuisse inuidū quia ex nullo debito tenebatur illū producere sed ex solâ libertate et voluntate illū creauit

§. 16.^a

Contra 3.^am partem nostrae assertionis haec rao effertur oīs caā libera eget aliquo superiori a quo ad unā partem determinetur sed Deo nihil ē superius neq. maius ut ab eo queat determinari Er. Deus ō ē caā libera Resp. in causis 2.^is liberis verū eē determinaonem ab alio eē ō vero in caā 1.^a ut ē Deus in cā cui determinao ō ē ab alio sed a se.

Finis quaestionum In Libros physicae auscultaonis

Quaestiones de coelo

Quaestio 1a

an caelum ex materia constet

§. 1°

Si aliquid reperitur in toto mundo quod pulchritudine et elegantia sua oculos alliciat illud est potissimum caelum nullus est tam rigidus et inhumanus quem mira delectatione non afficiat immensa illa caelestium machina nos omni ambitu suo undequaque continens aureum illud et admirabile Solis Jubar radios suos diffundentis variis ac plagas aeris terrae maris cum sua constantia continuas noctium ac dierum vicissitudines ac commutationes efficientis tot stellarum suda nocte micantium chori lucentes facies tot sphaerarum indefessa conversio motus planetarum denique perpetua lege et constantia vicibus decurrentium cursus haec inquam omnia proculdubio homines imo et in Scythica barbaria natos maxime voluptate afficiunt

§. 2a

Iniquus est igitur rerum estimator qui in harum rerum studio bonas horas non bene collocatas arbitratur nulla res hominem ignea et divina mentis vigore supra rerum mortalium et caducarum cognitionem elevatum magis decet quam rerum minime caducarum et mortalium contemplatio nihil magis dignum est hoc caelesti origine quam satagere rerum caelestium quaestiones igitur aliquot de caelo examinemus ut nos in hoc circulo paulatim exercere possimus

§. 3a

Quaestio 1a quae a nobis examinanda est spectat materiam caeli quae ex materia et forma constet haec speculatio valde difficilis est quod 1° constat ex authoribus Philoni Judaei qui caelum dicit habere materiam ἀκατάληπτον id est incomprehensibilem Damasceni qui lib. 10° cap. 6° caeli materiam a nobis examinari non debere docet eo quod materiam habet ἄγνωστον Chrisostomi in homilia de incomprehensibili Dei natura qui dicit se nescire ex qua substantia caelum constet et Lactantii in institutionibus suis virum qui caeli materiam comprehendere vult similem esse illi qui asserere vellet qualis sit remotissima mundi urbe

quā nunquā vidisset cuiusq; nihil unquā praeter nomen audivisset

§. 4ª.

2º materiam caeli cognitu difficilē esse patet ex varietate philosophorum in hac materiā dissidio Anaximenes caelū ex terra factū esse ait, Anaximander ex aere in chrystallinā duritiē compacto, Heraclitus et Pythagoras ignem esse materiā docebant Plato ex purissimâ 4. elementorum essentiâ conflatū voluit idē ex omnium elementorum flore et quasi delitiis

§. 5ª.

Ne nos tā rei difficultas a proposito deterreat itaq; 1º inquir: amus an caelū ex materiā constet caelū ex materiā constare hoc argute probant 1º ubi reperiuntur accidentia quae materiam comi: tantur ibi etiā reperitur materia at in caelo reperiuntur huiusmodi accidentia ut quantitas quantitas enī fluit a materiā ut qualitas a formâ item rarū et densū definiuntur enī rarū et densū per materiam ut densū est quod sub parvâ mole plurimū continet materiae rarū verō quod parū habet materiae sub magnā mole datur ergo in caelo materia

§. 6ª.

2º caelū procul dubio est corpus naturale habet igitur caelū materiam maior nota quā habet caelū cū sit corpus naturale ut patet ex Aristotele lib. 2º phys. ausc. cap. 1º non tantū est forma sed etiā materia

§. 7ª.

3º corpus aspectabile ex materiā constat at caelū est corpus aspect: abile ergo ex materiâ constare dicendū est

§. 8ª.

His rationibus addamus authoritatem Aristotelis qui sententiā nostrā variis in locis confirmat 1º lib. 2º Metaph. cap. 2º ita loquitur quaecunq; mutantur materiam habent at caelū mutatur secundum locū habet enī potentiā si non ad esse et non esse saltem ad ubi habet igitur materiam 2º lib. 2º de ortu et interitu cap. 9º textu 5º dicit principia esse numero aequalia in aeternis et incorruptibilibus sed in corruptibilibus duo sunt principia constituentia materia scilicet et forma ergo et in aeternis hoc est in caelis denique lib. 1º de caelo cap. 9º disertis verbis asserit in caelis reperiri materiam

§. 9ª.

Sed contra affert locus Aristotelis ex cap. 3º lib. 1º de caelo illic enī ait caelū neq; materiam neq; contrariū habere respondeo locū illū calumniose proferri nā ut probet Aristoteles caelū non corrumpi

id ẽ quod corrumpitur m̃aam habet et aliquid sibi contrariũ cælũ autem nihil habere contrariũ subsumit ẽ vero m̃aam ẽ habere

S. 10ª

2º in m̃aa forma ẽẽ nullo alio modo nobis compertũ ẽẽ pt quã per transmutatõnẽ substãalem at in cælo nulla ẽ mutatio substãalis ẽ cũ careat ortus et interitus Er. fõa cæli ẽ in m̃aa et per consequens cælũ m̃aa carere dicendũ ẽ Resp. aliã ẽẽ viã cognoscendi m̃aam in cælo nã quantitas raritas densitas et alia huiusmodi sunt signa et indicia m̃aæ cælestis

S. 11ª

3º si ẽ m̃aa in cælo ẽ potentia ad fõam m̃aa cũ respicit fõam ut potentia actũ ac proinde ẽ potentia ad ẽẽ et ita cælum ẽ corruptibile ois cũ potentia ad ẽẽ ẽ potentia ad ẽ ẽẽ cũ ois potentia passiua sit potentia contradictionis ex Arle lib. 4º Metaph. Resp. ẽ om̃ potentiã passiuã ẽẽ potentiã contradictionis potentia enĩ duplex ẽ ex Arle sub fine lib. de interpretatione una quæ separatur ab actu altera vero quæ semper coniungitur cũ actu potentia quæ separatur ab actu dicitur potentia ad formã futurã et aduenientẽ et de hac potentiã verũ ẽ quod sit potentia contradictionis ad ẽẽ et ẽ ẽẽ ẽ autem de potentiã coniunctã cũ actu ẽ enĩ potentia tantũ ad ẽẽ ẽ autem ad ẽ ẽẽ

S. 12ª

4º æternorũ ẽ ẽ m̃aa ex Arle lib. 2º Metaph. cap. 12º cælũ autem ẽ æternũ ex sententiã Arlis Er. nullã habet m̃aam Resp. locũ illũ Arlis intelligendũ ẽẽ de æternis immobilibus quæ dixit carere m̃aã quia m̃aa ẽ principium mutationum ẽ vero de æternis mobilibus ut ẽ cælũ

Quæstio 2ª

an sit eadẽ m̃aa cæli et rerũ sublunarium

S. 1ª

huic quæstioni satisfacimus dicimus eandẽ ẽẽ cæli et rerũ sublunariũ m̃aam secundũ essentiã sed ẽ secundũ conditiõnẽ existendi et hanc nostrã sententiã his sequentibus rãonibus confirmamus

S. 2ª

1º si noua m̃aa in cælo excogitanda sit et ponenda diuersa speciei a nostrâ subcælesti illud eet præcipue ppter substãæ cælestis nobilitatem sed hæc rão nulla ẽ nã quid dignius et nobilius fõa solis quæ tamen in nostrâ m̃aâ stabilatur 2º unitas mundi

postulat unitatem materiae quia unius speciei una debet esse materia 3º omnia quae sunt in hoc universo miro ordine connexa sunt quaedam perfectiora sunt quaedam vero imperfectiora quaedam supra quaedam infra et aliqua in medio sed admirabili ordinatione et continuatione ita ut nihil reperiatur vacuum Ergo omnia sunt ab uno in uno nempe in materia nam ordinata necessario in aliquo conveniunt alias nulla esset connexio nullus ordo sed corpora huiusce universi formis et speciebus diversa sunt Ergo conveniunt in materia

S. 3.ª

4º in caelo et subcaelestibus communia sunt accidentia ut quantitas et motus Ergo communia quoque sunt principia a quibus haec accidentia fluunt

S. 4.ª

5º Aristoteles in lib. 2º de ortu et interitu textu 37º dicit ea quae comparantur secundum molem et quantitatem habere communem materiam sed caelum et haec inferiora comparantur secundum molem et quantitatem Ergo dicimus enim v. g. solem esse maiorem terra Ergo caelum et haec inferiora habent eandem materiam

S. 5ª

Denique materia nostra est capax omnium formarum neque substantiarum neque quantitatis neque qualitatis sed omnia potestate Ergo est etiam capax formae caelestis ac proinde alia materia superflua est cum nostra sufficiat non sunt enim nova entia in natura censum sine manifesta necessitate invehenda

S. 6ª

at contra 1º Aristoteles in lib. 3º de caelo contextu 61º dicit aeterorum aeterna esse principia et caducorum caduca sed caelum est aeternum non aeterna esse principia Ergo non constant ex eadem materia subcaelestia vero sunt caduca Ergo non constant ex eadem materia cum subcaelestibus Resp. 1º Aristotelem quando dixit caducorum caduca esse principia non locutum esse de materia sed de elementis indeque inferri non posse eandem non esse materiam 2º Resp. ex Aristotele materiam 1.am esse ingenerabilem et incorruptibilem

S. 7.ª

2º Aristoteles in 8º Metaph. cap. 12º et 14º scribit non omnium esse communem materiam sed eorum tantum quae inter se transmutantur at caelum et haec inferiora inter se non transmutantur ut notum est Ergo non habent communem materiam Resp. ut hoc argumentum recte solvatur sciendum esse ex Aristotele in lib. 12º Metaph. cap. 20 duplicem esse materiam una enim est generabilis et altera locomobilis illa dicitur generabilis quae transmutationi substantiali subiicitur illa vero est locomobilis quae subest tantum contrarietati secundum locum

maa cæli ē tantū locomobilis maa vero corporū inferiorū ē grabilis eadē tamen ē cæli et corporū inferiorū maa hæc enī diversitas ō desumitr a maa sed a formis quibus illa subiicitr atq dissimili qualitatū raone itaq ad argumentum Resp. ea quæ in se invicem transmutantr habent eandem maam grabilē cælū vero habet tantū locomobilē neq ppterea desinet habere eandē maam cū sublunaribus

Quæstio 3.a

Quænā sit forma cæli

§. 1.a

Nobilissimā hanc de foā cæli quæstionē his sequentibus conclusionibus determinamus 1.a ita se habet forma cæli distincta ē a formis elementorū ita ut cælū neq aërea neq ignea neq alterius naæ elementaris sit sed sit corpus 5.m simplex distinctū a 4.r elementis raone formæ

§. 2.a

rao qua id confirmamus hæc ē formas elementorū sequuntr 1.a qualitates calor frigus humiditas et siccitas quæ oīa pugnē et interitus causa extant sed hæ qualitates ō reperiuntr in cælo Er. foa cæli diversa ē a foīs elementorū

§. 3.a

Sed dices 1.a qualitates tribuuntr cælis lunæ enī et veneri attribuitr humiditas calor Soli et marti et etiam Iovi sed moderatus Saturno etiā secundū Astrologos summa competit frigiditas Resp. illas qualitates ō ē formaliter in cælo sed virtualiter stellæ enī reipsā ō sunt frigidæ aut calidæ sed virtute tantū frigidæ aut calidæ

§. 4.a

2.a conclusio hæc ē mundus ō regitr communi ad cuius quasi particulas singulis sphæris affixæ sint hoc enī licet Platonicis ita visū attamen ineptū ē ppter sequentes raones 1.o si hoc eet oēs mundi partes eent aātæ quod tamen falsū ē 2.o partes mundi sunt distinctæ et diversi ordinis Er. unā aā ō continent 3.o illa aā eet partim immortalis partim mortalis et parti bilis pro partiū mundi diversitate 4.o universi ō ē unus et eiusmodi motus ita ut unus motor ut una aā sine forma

§. 5.ª

Sed dices Deus ē aa mundi in Deo cui vivimus movemur
et sumus Er. ē una communis aa quae hunc mundū regit
Resp. nos in Deo vivere moveri et ee tanquā in princi:
pio extrinseco ō tamen inde; inferri posse Deum ee mundi
formā intrinsecā talem enī oportet ee forma qualis ē cui:
usq; rei naa atqui inter Deum et res creatas nulla hae
in re proportio et similitudo invenitur 2º. si Deus ē aa
mundi forma illius naalis erit otiosa vel frustra imo
solus Deus erit naa quod ē absurdū 3º. Deus ē caa mu:
ndi efficiens Er. ō fōa 4º. mundus ē finitus et Deus ē
infinitus Er. Deus ō pt ee fōa vel aa mundi

§. 6.ª

3.ª conclus talis ē forma cæli ō ē aa hæc assertio ita a nobis confirm:
atr 1º. si cælū eet aatum eius aa eet aut vegetativa aut sensitiva
aut intellectiva at 1º. vegetativa ee ō pt quia facultatis illius
operaones sunt nutrire augere grare quae corpori incorruptibili quale
ē cælū convenire ō possunt ut docet Aristo in 3º. cap. lib. 1º. de cælo
nec etiā pt ee sensitiva quia alioquin cælū eet corpus mixtum
at cælū tale corpus ee ō pt ut docet Aristo in 1º. lib. de cælo
sequela etiam pz. quia ut dicit 3º. lib. de aa cap. penultimo
sensus ō pt ee in corpore simplici quale ē cælū fabulosa enī
ē et ridicula poëtarū narraō solem ee cæli oculū quo videt
polos aures quibus audit nec tamen pt ee intellectiva ō enim
datr intellectus sine sensu in corporibus aam habentibus nec
in his corporibus sine sensu in telligere pt ō enī illis datr intellectio sine
phantasmatibus quae ad sensū pertinent juxta illud oportet intelli:
gentē contemplari phantasmata

§. 7.ª

2º. aa ex Aristo lib. 3º. de aa cap. 10º. ita definitr actus primus
corporis organici potentiā vitæ habentis cælū autē ō ē corpus
organicū nullus enī in eo ē organorū apparatus Er. cælū ō ē
aatum

§. 8.ª

3º. si cælū eet aatum aa intellectiva Er. beatitatis eet capax
at hoc ē contra sacrā scripturā quae solū hoīum aabus et an
gelis felicitatis capacitatem tribuit

§. 9.ª

Arguitur 1º. Aristo lib. 2º. de cælo cap. 20º. et 12º. Metaph.
cap. 7º. disertis verbis asserit cælū ee aatum Resp. Aristum ō

intellexisse cœlum eē aīatum aīā informante sed assistente nempe intelligentiā

§. 10a

2º. illud quod dat vitā ē aīatum at cœlum dat vitam Ergo. pr. ma. nemo dat quod nō habet mi. confirmatur quia vulgatū ē inter phōs Sole et hoīm generare hoīm deinde manifestū ē aīalia quae ex putri mā procreantur beneficio Solis gigni Resp. nemine dare quod nō habet vel virtualiter vel formaliter at caelū dare vitam nō formaliter sed virtualiter et eminenter nec propterea eē aīatum

§. 11a

3º. si caelū nō eēt aīatum eēt muscā imo et formicā ignobilius quod ē absurdū Ergo dicendū ē caelū eē aīatum Resp. caelū eē muscā et formicā ignobilius inquantū musca et formica vivunt caelū vero vitā caret et hoc ē quod toties verbis docet Augustinus in lib. de duabus naturis cap. 4º. hoc tamen nō impedire quominus caelū muscā et formicā nobilius sit nempe ratione incorruptibilitatis pulchritudinis magnae molis et reliquorū quae longū eēt persequi

§. 12a.

4º. Arlis duas positionū tribuit caelo quae aīalibus conveniunt nempe dextrū sinistrū ante retro sursū et deorsū unde videtur sequi aīatum eē caelum Resp. improprie et Metaphorice eē has duas competere caelo ita dici tantū pt quemadmodum in aīalibus dextrū dicitur unde motus incipit cū pars dextra aptior sit ad motū quā sinistra ita etiā in caelis dextrū dicitur unde incipit motus et hoc dextrū ē oriens et ab opposito sinistrū ē occidens in aīalibus pars anterior ē ad quā tendit motus posterior vero quae a tergo ē ita in caelo pars anterior ē illa quae inter orientē et occidentē porrigitur posterior vero quae ex diametro ipsi anteriori opponitur denique polū antarcticū tanquā inferiorē plantā pedis volunt quidā sed haec oīa improprie et Metaphorice tribuuntur caelo quare inde inferri nō pt caelum eē aīatum

§. 13a

4a. conclusio talis ē secundū sententiā Arlis caeli moventur ab intelligentiis existimavit enī ut notū ē oībus intelligentias ut formas assistentes caelestes orbes perpetuo motu versari et aequabili tenore circumrotare sed ut quod ut ē liber dicā cū amicus nobis debeat eē Arlis sed longe magis amica

veritas

hae in re a partibus illius ō stamus existimamus aūt caelos ut postea declarabimus congenita sibi vi proprios illas circul: tiones obire et nullo modo ab intelligentiis moveri

§. 14.ª

Raōnes quibus nitimur hae sunt 1ª intelligentiae istae vel sunt angeli vel ō si angeli ō semper assistunt orbibus caelestibus ag: itandis hoc aūt ō ē munus angelorū si ō sunt angeli Er. vel sunt superiores angelis vel ō si superiores quomodo astricti corpori caelesti circumrotando quasi ad illud condemnati si ō sunt superiores sed inferiores Er. sunt aīae nā oēs vita infra intelligentias et angelos ē aīa aūt autem ab aīando dicitr Er. caelū hoc pacto foret aīatum quod antea falsū ēē ostendimus

§. 15.ª

2º. ubi resideat intelligentia in corpore simplici dici ō pt si aūt toto corpore fusa ē latitudine habet in mā ō ē igitr in: telligentia separata si sit in unā parte caeli tantū illa caeli pars celerius movebitr quā alia utpote propinquior principio motivo et virtus finita et participata in via languescit sed hoc de caelo dici ō pt

§. 16.ª

3º. caeli ō sunt deterioris condiōnis quā alia corpora quae ō indigent externis motoribus ut nāales suos motus obeant at vero orbicularē motū caelo nāalem ēē fatetr Aristo

§. 17.ª

4º. ō pt intelligi quomodo circularis motus caelo nāalis ē dicatr si sit ab externo principio nāalis aūt proprietas ē quae ab interno nāae principio oritr dit autem ab externo pri: ncipio si ab intelligentiā movier creditr si dicas initium vel inchoaōnem motus ab intelligentiā assistente ēē deinde conti: nuaōnem motus ēē a formā caeli Resp. hoc pacto intelligentiā fore otiosā ō aūt semper movebit sed tantū in principio neqe dici pt motum illū dici nāalem respectu mae quia sic oēs motus ēēt violentus etiā nāalis neqe etiā dici pt motū illū ēē nāalem raōne formae eo quod forma habeat pro: pensionē aliquā ad eiusmodi motū licet eum praestare nequeat hoc aūt dicitr sine fundamento ō aūt propensiones a nāā ing: enerantr nisi pp̄ter operaōnes unde fit ut illud quod per se ipsū praestare possit agens nāale sit ad quod nāaliter propo: ndeat

S. 18.[a]

Raones quæ ad confirmandā Aulis sententiā adferuntur solui possunt si dicamus 1° ō eandē ēē raonem eorum quæ mouentur motu circulari et eorū quæ mouentur motu recto 2° si ponamus quod verū ē cælū ō moueri ppter se sed ppter uniuersi bonū

S. 19.[a]

5.[a] et ultima conclusio talis ē cælū mouetur a propriâ formâ quamuis bruta instructa tamen certis quibusdā qualitatibus quæ ad motū suapte naa ordinatæ sunt

S. 20.[a]

Hanc assertionē ita 1° confirmamus ōis forma substālis ē principiū alicuius motus localis Er. etiā in cæli forma substālis alicuius motus localis debet ēē principium nullius autem alterius quā circularis Er. circularis motus ē a propria eius formâ

S. 21.[a]

2°. corpora cælestia ō sunt prioris condiōnis quā sublunaria sed sublunaria a propriâ forma mouentur alia sursū alia deorsū et alia in ōem partem Er. et corpora cælestia a propriâ forma moueri dicendū ē

S. 22.[a]

3°. nisi forma cæli ad motū ipsius cæli concurreret ociosa planè foret et nullius opeāonis gratiâ quod ē absurdū

S. 23.[a]

At contrà quando corpus a propriâ formâ mouetur naāliter in suo loco naāli conquiescit ut videre ē in elementis atqui cælū ō conquiescit in proprio loco sed in eo perpetuo mouetur ut vident ōēs Er. a propriâ formâ ō mouetur Resp. ad ma. corpora naālia quiescere naāliter in suo loco naāli nisi ad bonū uniuersi moueantur ut videre ē in aquâ quæ licet naāliter quiescat in suo loco ad bonū tamen uniuersi ascendendo mouetur ne detur vacuū toti naæ infestissimū.

Quæstio 4.[a]

Quænā sit cælorū figura

S. 1.[a]

Huic quæstioni ita satisfacimus dicimus cælū ēē globosū et undiquaq; rotundū nostramq; sententiā his sequentibus raonibus confirmamus 1.[a] desumitur a visu sunt enī oculi ad rerū phyarū

cognitionem comparandā certissimi duces et exploratores videamus autem caelū rotundū ee

§. 2.ª

2.º sequitur et commodū ē corpus illud quod reliqua oīa ambit et complexu suo comprehendit debere figurā habere oium capacissimā sed figura rotunda ē oium capacissima quod ostendimus hac experientia si quis cerā angulariter dispositā aquā replerit o tantū aque continebit quā si sine ullo linearū aut dimensionū augmento circulariter et in orbem disponatur

§. 3.ª

3.º corpori quod oium celerrime in orbem movetur debetur ea figura que ad talem motū aptissima ē at caelū oium celerrime movetur in orbem ei igitur debetur figura ad talē motū efficiendū commodissima haec autem ē figura rotunda ī cuī in eā (ut ait Cicero in lib. 2.º de naā deorū) aliquid ē asperitatis aut offensionis nihil incisū angulis nihil anfractibus nihil eminens nihil lacunosū nihil quod motū impedire vel retardare possit

§. 4.ª

4.º si caeli ñ essent rotundi sed alterius figurae ut triangularis vel quadrangularis ñ possent oppositis motibus ferri nisi vel se mutuo dirumperent vel penetrarent quod viribus nāe fieri ñ pt

§. 5.ª

5.º singulis diebus in sensus nostros incurrit oēs stellas fixas circa polū revolvi circa centrū perpetuā vertigine ferri quod satis indicat illas rotundū caeli spatiū conficere

§. 6.ª

6.º idē constat ex meatu solis lunae atqi oium planetarum hac cū stellae ubiqi maris et terrarū ab orizonte paulatī ascendere videntur donec ad mediū caeli et inde ad occasum perveniant a quo rursus ad ortū rotunda circumnexione commeant

§. 7.ª

7.º idē patet ex astrorū figura idē cū debet ee judiciū de astris et de ipso caelo sed figurā astrorū rotundā ee patet cū in quacumqi regione et in qualibet caeli parte rotunda appareant speciatim id in lunā conspicuū ē sive cū corniculata sive plena sive aliā sui speciem praebeat semper tamen circulariter a sole illustratur

§. 8ª

Denique illud declaratur per astronomica instrumenta quae in figuram rotundam efformantur ut caeli rotunditatem imitentur quod in sphaeram artefactam videre licet nam si caelum alterius figurae esset nequaquam illa instrumenta idonea essent ad latitudinem et distantiam caelorum dimetiendam

§. 9ª

Sed contra 1º psalmista psalmo 102º dicit Deum extendisse caelos tanquam pellem Ergo non sunt figurae rotundae huic obiectioni respondet Augustinus in lib. 2º de Genesi ad litteram et in cap. 9º psalmistam ita locutum fuisse ad fabricandi facilitatem significandam quod tam facile fuerit Deo illam caelestium orbium immensitatem condere quam facile nobis est complicatam pellem extendere

§. 10ª

2º caelo debetur figura maximae capacitatis cum caetera corpora totius universi in se includat sed figura sphaerica est omnium isoperimetrarum minima ut docet Archimedes in lib. de Isoperimetris corpus igitur caelorum non est rotundum Resp. figuram sphaericam inter isoperimetras esse minimam quoad loci occupationem sed maximam quoad interiorem cavitatem

§. 11ª

3º caelo magis convenit figura quadrata quam rotunda illa enim firmitatem haec vero inconstantiam designat unde sapientia in quadrato haerens fortuna vero globo pendens a veteribus pingebatur Resp. figuram quadratam quamvis firmitatem designet nullo modo tamen aptam esse ad circuitionem quae sphaeris mobilibus debetur

Quaestio 5ª

Quaenam sit natura et virtus Planetarum

§. 1º

Antequam quaestionibus de caelo finem faciamus breviter ostendendum est quaenam sit planetarum natura et qua virtute stellae praeditae sint sed supponendum est illud 7 esse numero planetas nempe Saturnum Iovem Martem Solem Venerem Mercurium et Lunam de quibus singulatim dicendum est

§. 2ª

Saturnus qui firmamento proximus ē stella colore plumbeo tetro et pallido quae frigida ē et sicca ideo condensat et siccat 2°. quod longe distat a Sole ac proinde vitae inimica dicitur depingitur falcem manu tenens quasi quantum in se ē viventia demetens qualitate noxia

§. 3ª

Jupiter ē stella Saturno proxima pulchra clara lucida salutaris benigna et moderata propter motum suum qui fit inter Saturni frigiditatem et Martis fervorem depingitur sceptrum manu tenens quasi vitae imperator et largitor

§. 4ª

Mars ē stella rubra admodum flammea virtutis adustivae naturae vehementer sicca et calida et quoniam ebullit nimio ardore non abs re signat bella ideo pingitur figura tali bellici

§. 5ª

Sol ē stella omnium maxima et post se lucidissima quae dici praeter et totum mundum illuminat 4ºʳ anni tempestates constituit nempe existens in signis arietis Tauri et geminorum ē causa humiditatis et caliditatis unde ē Ver Existens in Cancro Leone et Virgine ē causa caliditatis et siccitatis unde est aestas Existens in Libra Scorpione et Sagittario ē causa frigiditatis et siccitatis unde ē Autumnus deinde existens in capricorno Aquario et piscibus ē causa frigiditatis et humiditatis unde oritur hyems soli quandoque accidit Eclypsis quae nihil aliud ē quam obscuratio solis in diametrali Lunae interpositione inter Solem et visum nostrum

§. 6ª

Venus ē stella valde lucida Martis iram et fervorem benignitate sua temperans semperque Solem comitans sed cum praecedit vocatur φωσφορος de lucifer quia diem affert cum vero sequitur vocatur vesper quia cum advesperascit supra Orizontem apparet

§. 7ª

Mercurius ē stella proxima sub venere acuti luminis aspectus magni parumque albicans et naturae siccae cuius effectus varii sunt dicunt enim astronomi eloquentiae et ingenii causam esse ita ut illi quibus dominatur facundi sint et ingenio polleant

§. 8º

Luna ē stella omnium infima naturae humida et frigida quae praeter nocti

et operatur naturam phlegmaticam id est frigidam et humidam est etiam
causa fluxus et refluxus maris vidimus quoque experientia
cum luna est plena vel cum crescit mollia medullas humores
et alia huiusmodi crescere ut refert Plinius Variae fuerunt
philosophorum sententiae de maculis quae in Lunâ apparent unde pro-
veniant nonnulli existimarunt figuram terrae et maris in
Lunâ tanquam in speculo repraesentari ac proinde maculas
Lunae pendere a terrae et maris figurae reflexione et repraesentatione
alii vero voluerunt sydera humore terreno pasci et unam cum
humoribus lucem quandam a Lunâ trahi et sic commaculari
alii illas maculas provenire a vaporibus dixerunt sed his
dibus opinionibus rejectis ut potius absurdis dicimus eiusmodi
maculas provenire ex partibus minus densis quae partes non
retinent et reflectunt tantum luminis ita ut videantur quasi
nigrae et opacae praesertim ob lucidiores partes circumstantes
Lunae quoque tribuitur eclypsis quae nihil aliud est quam illius
obscuratio orta ex interpositione terrae inter solem et lunam atque haec
de natura et virtutibus Planetarum dicta sunto

Finis Quaestionum In Lib.os de coelo

Commentarius analyticus In 1.um Lib. Aris de ortu et interitu

Praefatio

§. 1.a

Physica prout ab Arist. tradita est duae sunt praecipue partes quarum
prior est de corpore naturali gratim considerato de eiusque principiis
et affectionibus et apellari solet pars communis altera vero pars
propria est in qua species corporis naturalis ordinatim considerantur
haec pars pro specierum diversitate in plures libros divisa est inter
quos 1.um locum obtinuerunt 4.r libri de coelo qui a nobis expositi
non fuere quia fere omnia quae in iis continentur saltem ea quae
notatu digna sunt in compendio nostro physico tradita fuerunt
proxime post libros de coelo collocantur duo libri de ortu et
interitu quorum explicationem iam cum Deo suscipimus

§. 2.a

Antequam ad specialem horum librorum expositionem accedamus

quædā præfationis vice præmittenda sunt 1º de eorū subīo 2º de eorū inscriptione et 3º de illorum divisione.

§. 3ª

Quod ad 1ᵐ subīum horū librorū asserimus eē corpus mixtū quia illud ē alicuius libri subīum cuius principia in illo tradunt sed corporis mixti principia nempe elementa exponunt in hoc libros de his enī longe latiq; differit Arīs hoc in loco Er. corpus mixtū ē horum librorū subīum

§. 4ª

at Cinquies hi libri inscribunt de ortu et interitu dicendū Er. ē ortū et interitū eē horū lib. subīum ō vero corpus mixtū huic obiectioni Resp. dicendo inter subīum alicuius lib. et inter scopū et intentionē authoris subīum alicuius lib. ē quod subīternit omnibus in hoc lib. contentis scopus vero et intentio authoris ē illud quod de ipso subīo quærit et cognoscendum proponit sic 8º lib. naalis ausc. subīum ē corpus naale universaliter acceptū scopus vero et intentio Arīs in his lib. ē agere de principiis et proprietatibus corporis naalis sic horū lib. de ortu et interitu subīum ē corpus mixtū scopus vero et intentio Arīs in illis ē agere de ortu et interitu tanquā de præcipuâ corporis mixti proprietate

§. 5ª

2º hoc ē subīum alicuius lib. cuius proprietates in illo investigant sed in his lib. ō corporis mixti ut mixtū ē proprietates sed cadūci potius et corruptibilis inquiruntur agit enim Arīs de ortu et interitu sed ortus et interitus licet ōī corpori mixto conveniant ō tamen soli competunt elementa enī quoq; corruptibilia sunt Resp. elementa ō corrumpi eodē modo quo corpora mixta mixta enī 1º et per se oriunt et intereunt elementa vero 2ario et ppter ipsa corpora mixta elementa enī agunt in se invicem et in se invicē transmutant ut possint cadere in debitā et convenientē corporū mixtorū ndam Er. corruptio 1ario naæ consilio et intentione convenit corporibus mixtis elementis vero 2ario et ppter ipsa corpora mixta deinde ortus et interitus conveniunt corpori mixto ut subīo elementis vero ut sunt principia corporis mixti

§. 6ª

Ad rationem inscriptionis horū librorū quod attinet hi libri inscribunt de ortu et interitu ō quod de aliis mutationibus ō agat Arīs in hisce lib. sed quia præcipua ē mutatio secundū substantiam quæ vel ē grad vel corruptio

§. 7.ª

Quod spectat ad horum libr. divisionem dividitur hoc opus in duos lib. in 1.º disputat Arist. de alteratione gratione accretione et reliquis mutationibus sive quibus gratio ō absolvitur in posteriori vero precipue disputat phus de 4.ᵒʳ elementis ut sunt principia corporis mixti

§. 8.ª

Nec mirum videri debet cum Arist. in his lib. agat de elementis cum de iisdem egerit in lib. de caelo illa enim consessa sunt duo gra qualitatum ut sunt partes mundi vindicant sibi a natura motivas qualitates gravitatem et levitatem quarum impulsu ad occupandas proprias et naturalis in mundo sedes feruntur at vero ut sunt principia corporis mixti a natura sortita sunt 4.ᵒʳ qualitates alterativas caliditatem scilicet frigiditatem humiditatem et sic siccitatem quarum ope inter se invicem decertant se mutuo refundunt et refrangunt ut cuadere possint in debita corporum mixtorum naturam

§. 9.ª

pro duplici illo munere 2.ᵉˣ instituitur elementorum in phya consideratio in lib. de caelo considerantur elementa ut sunt partes mundi et secundum gravitatem et levitatem sed in istis libris de ortu et interitu spectantur ut sunt principia et materia corporum mixtorum atq; adeo secundum qualitates alterativas calorem scilicet frigus humiditatem et siccitatem

§. 10.ª

hoc iter ad gralem horum lib. divisionem intelligendam notato 8 sciendum ē 1.ᵐ lib. secari in duas precipuas partes in priori disserit Arist. de gratione et corr alteratione et in posteriori agit de mutuo contactu actione passione et mixtione prior 1.ⁱ lib. pars subdividitur in duas alias partes in 1.ª phorum opiniones redarguit in 2.ª mentem suam aperit atq; ita peritos medicos imitatur qui corpora quae suscipiunt curanda prius preparant et purgant humoribus redundantibus aut vitiosis qua medicamenta instaurantia adhibeant quoniam impura corpora ex hypocrate eo magis offendunt quo magis nutriuntur horum exemplo phus amollitur falsas opiniones deinde veritatem proponit tanquam verum ci pabulum 1.ᵘˢ prestat duobus 1.ⁱˢ cap. posteriora vero cap. 3.º et sequentibus

In cap. 1^m^

§. 1.^a^

hoc cap. duabus constat partibus quarum in priori habetur proœmium in posteriori verò quorundam philosophorum sententiam examinat Aristoteles et redarguit

§. 2.^a^

In proœmio pollicetur se acturum de generatione et corruptione deinde de alteratione accretione et diminutione deniq; sintne generatio et alteratio res eadem an diversæ et ab hoc ultimo sumit disputationis initium

§. 3.^a^

Ait igitur eos qui omnium rerum posuerunt principium materiale quod esset ens actu necessario concedere debuisse generationem et alterationem non differre quod sic probatur a philosopho haec mutatio in qua manet unum et idem subiectum ante et post mutationem est alteratio sed in generatione omnium rerum ex uno principio unum idemq; manet actu subiectum ergo haec generatio est alteratio

§. 4.^a^

Deinde Aristoteles docet philosophos qui plura posuerunt principia negare non potuisse generationem esse mutationem et alterationem distinctam sed tamen si non verbis saltem re omnem alterationem sustulisse idq; hac ratione probat in omni mutatione est unum et idem subiectum una eademq; materia quæ vicissitudines contrariorum sustineat sed ex veterum philosophorum sententia non est una quædam materia omnibus subiecta mutationibus quum sint secundum illorum opinionem plura principia materialia proinde ex eorum sententia sequitur nullam esse alterationem

In cap. 2^m^

§. 1.^a^

hoc cap. consumitur in sententiis veterum refutandis potissimum Platonis et democriti 1.º reprehendit Platonem quod existimaverit corpora naturalia constare ex superficiebus quia in divisione corporum quod sensibus nostris 1.º obiicitur est superficies docetq; hanc compositionem Platonicam non posse quadrare in corpora physica

licet accommodari possit corporibus mathematicis

§. 2.ª

Platonis opinionem reiecta Democriti sententia de rerum gratione sibi proponit examinanda Democritus existimabat corpora naalia composita ee ex atomis vel corpusculis indivisibilibus et hanc thesim sic probabat ~~eorum~~ corpora componuntur ex iis in que ultimo resolvuntur atqui corpora divisione facta resolvuntur ultimo in corpora indivisibilia Er. corpora constant ex corpusculis indivisibilibus et ex iisdem gnantur ma. propoo e extra controversiam mi. sic pr. corpora naalia vel resolvuntur in nihil atqi ita ex nihilo constabunt quod e absurdu vel resolvuntur in punctis quod fieri nequit quia corpus aut magnitudo o constat ex punctis na quantu o componitur ex o quantis vel corpus per divisionem resolvitur in indivisibilia atq. ita nunquam fit ultima resolutio vel denique corpus resolvitur in corpuscula indivisibilia

§. 3.ª

Resp. Arles huic obiectioni dicendo corpora dividi in semper divisibilia mathematice o physice quia datur minima magnitudo e physica ita ut forma sub minore magnitudine o possit cohaerere cu maa sed o datur minima magnitudo mathematica quoniam magnitudo divisibilis o constat ex indivisibilibus quia quaelibet pars quantitatis e quanta et per consequens divisibilis quoniam divisibilitas e affectio quantitatis

In cap. 3.^m

§. 1.ª

refutatis in duobus praecedentibus capitibus veterum phorum sententiis in hoc cap. vera de gratione sententiam incipit exponere et tres de gratione quaestiones format 1.ª quaestio e utrum detur grao substaalis, utrum substa quaeda de novo oriatur et intereat et an quaequid oritur et interit sic accidens

§. 2.ª

Quod nulla videatur dari grao substaalis tali probari pt argumto grao substaalis nihil aliud e quam progressus a o ente ad ens sed nullus datur talis progressus o ens enim vel denotat negationem

entis i. quale ē substāa vel denotat negaōnem entis simpliciter et absolute si ō ens priori modo sumatur substāa ex ō ente generari ō pt ex ō substūs enim substāa ō fit aut componitur si ō ens posteriori modo usurpetur multo minus ex ō ente generabitur ens ē enim commune omnium phorum effatum ex nihilo nihil posse generari

S. 3.ª

Resp. Arles substāam partim ex ente et partim ex ō ente generari ex ente potestate generatur substāa quatenus fit ex preiacente māa quæ ē pura potentia ex ō ente actu quoniā māa quum ō sit determinatæ speciei nullamq; habeat ex se et ppt suā formam physicam ens actu dici ō pt quum Er. dicitur genāo substaalis progressus a ō ente ad ens per ō ens ō denotatur negāo entis i. quale ē substāa neq; entis simpliciter et absolute sed negāo tantū entis sic actu hoc ē definite et determinate speciei

S. 4.ª

2.º querit Arles quenā sit caā perpetua et perennis genāois rerū et docet perpetuam ee ortus et interitus vicissitudinem quià unius ortus ē alterius interitus et vice versâ ita ut ortus et interitus continuâ et indefessâ serie se mutuo consequuntur quum enī māam unā abiicit formam alterā sibi asciscit quum enī interit semen generatur planta

S. 5.ª

3.ª questio quam format Arles hæc ē quenam sint quæ dicantur oriri simpliciter et quenā secundum quid huic questioni ita satisfacit Arles primas substāas simpliciter oriri accidentia verò secundū quid ratio ē quià quum aliquid secundū substāam generatur simpliciter et absolute nullâ additâ coarctaōne dicitur generari at verò quum aliquid secundū accidens mutatur ō dicitur simpliciter mutari sed cum adiectione ut quum aqua de novo fit calida ō dicitur absolute et simpliciter fieri aqua sed cū adiectione 2.º Arles docet genāonem simplicem dici quum aliquod nobilius generatur ignobilius verò interit ut quum ex semine generatur planta illud verò secundū quid dicitur generari quod ē ignobilius ut cum ex homine oritur cadaver

In cap. 4.um

§. 1.a

Huius cap. duae sunt partes in 1.ori tradit Arles discrimen graonis et alteraonis in posteriori vero quo pacto grao a reliquis mutaonibus distinguatur declarat

§. 2.a

Quod attinet ad 1.am partem grao substantialis ab alteraone distinguitur quod in alteraone idem subiectum permaneat secundum substantiam et ante et post alteraonem mutatur tantum secundum accidentia quatenus id quod alteraonem subit nova aliquam induit qualitatem sed in graone substantiali non manet idem sensibile subiectum sed secundum substantiam mutatur et cum grao substantialis mutao totius quia est mutao formae substantialis at forma substantialis est essentialis eaque potior compositi pars hac igitur mutata necesse est ut mutetur totum quia per mutaonem partium dissolvitur integritas totius quae ex partium unione resultat

~~In cap. 5.um~~

~~§. 1.a~~

~~Praecipuus Arlis in hoc cap. scopus est~~

§. 3.a

Unde elicitur haec gradatis substantialis definio grao substantialis est mutao totius nullo manente subiecto sensibili eodem definio vero alteraonis in hunc modum deduci potest alterao est mutao subiecti quod idem manet ante et post alteraonem secundum qualitates aliquas de novo advenientes

§. 4.a

In altera huius cap. parte docet Arlis quodnam sit discrimen inter graonem et interitum et reliquas mutaones 1.a duo sumitur a terminis ad quos tendunt huiusmodi mutaones 2.o ortus a interitus differunt ab aliis mutaonibus raone subiecti subiectum enim ortus et interitus est materia 1.a quae supponitur in graone et corruptione sed reliquarum mutaonum est aliud subiectum nempe compositum

In cap. 5.um

§. 1.a

Praecipuus Arlis in hoc cap. scopus est docere quomodo res augescant et decrescant sed est notandum accretionem et decretionem bifariam distingui ab aliis motibus 1.o raone terminorum nam grao est ad substantiam alterao ad qualitatem loci mutao ad locum accretio vero et decretio ad quantitatem deinde raone modi transmutandi quia grao et corruptio loci mutaonem necessario non requirunt

accretio autem et decretio non fiunt sine loci mutatione quia quod accrescit ampliorem locum acquirit quemadmodum quod di: minuitur in angustiorem redigitur

§. 2.a

Traditurus antiquam phus ad augendi modum explicandum pauci: ntat varias questiones movet quas ore duabus comprehend: amus ita ut 1.or sit de eo ex quo fit accretio posterior vero de eo quod accrescit ad priorem questionem quod attinet ita ratio: cinatur Arles id ex quo aliud augetur vel est incorporeum vel cor: poreum incorporeum esse non potest quia incorporeum corpori appositum non potest illud maius reddere quemadmodum nec corpus detractio ab eodem incorporeo diminuitur quod cum incorporeum est omni mole et quantitate denudatum est cum ergo accretio non fiat ex incorporeo oportet ut fiat ex corporeo nempe ex cibo et alimento et materia aliqua sensibili

§. 3.a

Posterior questio sic proponi potest utrum id quod augetur sit corpus animatum an cibus ad utrumque de hac questione ita statuit phus dicitque corpus animatum tantum proprie augeri idque duabus prae: cipue rationibus confirmat quarum 1.a ita se habet id tantum augetur quod manet idem post auctionem quod fuit ante cibus autem in substantiam eius quod augetur convertitur ergo non cibus sed ipsum tantum corpus animatum augetur

§. 4.a

2.a ratio est huiusmodi id tantum augetur in quo est augendi prin: cipium sed in corpore animato tantum est augendi principium nempe anima vegetans non autem in cibo ergo corpus animatum solum augetur

§. 5.a

His ita positis accedit Arles ad modum quo res augentur qui ex trium accretionis proprietatibus recte cognosci potest ideo eas proponit phus

§. 6.a

1.a est unaquaeque pars eius quod augetur augeri debet adaequandum hoc est singularum partium non posse fieri accretionem nisi sanae et illaesae fuerint si enim aliqua corporis pars vel propter nimiam infir: mitatem vitiosa sit vel per casum laesa et vulnerata potest reliquum corpus augeri citra ullum illius partis augmentum

§. 7.a

2.o quod augetur alicuius externi accessione augetur nam auctio

requirit extensionē et additionē quae fieri n̄ possunt sine rei e externae accessione
§. 8ª

3ª proprietas ē quod augetr idē manet post mutaōnē quod antea fuit ut qui adolescit idē ē qui fuit infans
§. 9ª

4º id quod augetr n̄ tā mā quā formae raōne accrescit idē forma ē praecipua caā accretionis corpus enī aātum propriè augetr quia habet aām vegetativam
§. 10ª

5ª proprietas ita se habet accretio fit sine penetraōne dimensionū idq; duplicē ob causam 1º quia corpus aātum ex prudentis naē instituto totū rarū et porosū ē eū corpora inaāta dura ē videamus atq; ita ad accrescendū prorsus inepta 2º quia alimentū dentibus contritū et attenuatū facilius corpori nutriendo immiscetr
§. 11ª

6ª et ultima proprietas talis ē id quo unumquodq; alitr et crescit partiū dissimile et partiū simile ē ē enī ab initio dissimile postea vero cū parti nutriendae agglutinatr et unitr calore naāli et prorsus assimilatr et pristina spēe deperdita corporis quod augetr speciem et formā accipit
§. 12ª

Verū ne haec de accretione doctrina in immensū accrescat oīa ante dicta in hac accretionis definione ponamus hoc pacto accretio ē motus aē vegetantis quo corpus aātum medio calore nativo et alimento accedente in oībus sui partibus ad certū quantitatis gradū promovetr quemadmodū decretio ē motus eiusdē aē quo corpus aātum languescente calore naāli in oībus sui partibus minuitr
§. 13ª

hic habentr oēs 4ºr caē accretionis aliaq; ad eius essentiā requisita principiō caā efficiens ē aā vegetativa instrumentaria calor insitus subiectum corpus aātum et singulae eius partes mā cibus forma motus finis promotio corporis ad certā quantitatem

§. 14ª

Ex hoc colligitur quomodo accretio a nutritione differat in nullam aliam rem prosequatur in tempore et in fine nutritionis cuius finis non est corpus adauctum augere sed ipsum conservare humiditatem quod in dicto calore nativo perdiderit restaurare et reparare; deinde augmentum habet certum tempus sibi praescriptum sed in omni vita necessarium est nutrimentum

In cap. 6.um

§. 1.º

Ab hoc cap. usque ad finem libri disputat Aristoteles de his mutationibus quae ortum et interitum consequuntur ut sunt contactus, actio, passio, et mixtio in hoc cap. duo praestat 1.º declarat cur de his omnibus sit agendum et 2.º de contactu disserit

§. 2.ª

Quod attinet ad primum de mixtione sibi agendum esse dicit quia veteres de congregatione multa dixerunt congregatio autem est quaedam mixtio quia vero mixtio non fit nisi miscibilia in se mutuo agant et a se invicem patiantur ideo de actione et passione tractatio instituenda est actio autem et passio non possunt fieri sine contactu quae enim agunt et patiuntur se mutuo tangere debent ideo de contactu agendum esse docet

§. 3.ª

Ad posteriorem partem quod attinet quod praecipue de contactu docet prius hoc est nempe triplicem esse mathematicum metaphysicum et physicum mathematicus est eorum corporum quorum extremitates sunt coniunctae sic lapis lapidi adiunctus manus manui apposita se mutuo contingere dicuntur hic etiam contactus cadit in orbibus caelestibus habent enim superficies coniunctas ut pellicula cepae aliae aliis circumpositae sunt §. 4ª

Contactus physicus non tantum est eorum corporum quae coniunctas habent superficies sed quae in se mutuo agunt et patiuntur beneficio patibilium qualitatum sic glacies manui imposita eam contingit nam patitur a calore manus et in eandem agit

§. 5^{a}

Contactus Metaphysicus ē quo aliquid ita tangit et agit ut nihil patiatur sic intelligentiae caelos tangunt nā ita eos mouent ex Arist. ut nihil ab iis patiantur sic Sol in ista inferiora citra ullā passionē agit

In cap. 7^{m}

§. 1^{a}

Disserit Arist. in hoc cap. de actione et passione duasq; de hac re praecipuè exagitat quaestiones quarū 1^{a} ē an simile agat in simile et ita huic quaestioni satisfacit dicit ea quae agunt et patiuntur parti similia et parti dissimilia eē similia gñe et mãa dissimilia vero forma et pugnantibus qualitatibus talia sunt elementa nā gñe conueniunt quia sunt corpora simplicia et mãam 1^{am} habent commune sed contrariis qualitatibus a se inuicem separantur

§. 2^{a}

2ª quaestio quā hic tractat Arist. ē utrum quidquid agit patiatur ab eo in quod agit ut haec quaestio ratē soluatur tres adhibendae sunt conditiones 1^{a} ut agens et patiens in mãa conueniant 2^{a} ut utrumq; tā agens quā patiens sint in debitā distantiā et (ut vocant) intra sphaerā actiuitatis suae nā si unū sit in debitā distantia alterum vero longius dist. et remoueatur quā par ē accidet ut unum quidē agat sed vicissim ō patiatur v. g. si aqua ab igne duobus aut tribus passibus dist. ab igne quidē calefiet sed vicissī aquā igne ō refrigerabit multo minus extinguet 3^{a} conditio ē ut inter agens et patiens sit proportio quantitatis aliter ō agent et patientur rao ē quia ubi ō ē quaedā viriū proportio ibi ō ē mutua actio et passio sed virtutis proportio sequitur proportionē quantitatis quare si scintillula ignis iniiciatur in mare patietur quidē quia extinguetur ab aquā sed verisimile ō ē pp̄ter quantitatis et viriū disproportionē vicissim eā agere in aquā si hae tres conditiones reperiantur certū ē agens pati ab eo in quod agit

In cap. 8^{m}

§. 1^{a}

Arist. in hoc cap. refutat veterū phorum sententias de modo quo actio et passio fiunt 1^{a} ē Empedoclis qui meatus quosdam in

corporibus constituebat per quod agens proximum in patiens se insi:
nuaret 2ª fuit Democriti et Leucippi qui actionem et passionem
per vacuum fieri volebant 3ª est Platonis in Timaeo qui voluit per
corpora solida triangularia eorumque contingentes superficies actionem
et passionem fieri sed quia hae opiniones dudum explosae fuerunt
est scholis philosophorum non est quod in illis refutandis immoremur
quia eas recitasse sat est eas refutasse

In cap. 9.m

§. 1ª

In hoc cap. proponit philosophus verum modum quo actio et passio fiunt idque
proponendo quasdam conditiones quarum 1ª ita se habet unumquodque
agit inquantum est actu et unumquodque patitur inquantum est potentia
ratio est quia quidquid agit debet habere formam cum forma sit princi:
pium agendi forma autem est actus ex Aristotele in cap. 1º lib. 2º de anima
Ergo quidquid agit debet esse actu deinde quidquid patitur recipit ab
agente aliquod esse est igitur illo esse denudatum et ad illud recipiendum
potentiam habet Ergo quidquid patitur patitur inquantum est potentia

§. 2ª

2ª conditio haec est ad actionem et passionem requiritur certa et debita tum
agentis tum patientis quantitas res enim aliquando sunt sub tam
parva mole ut nec agere nec pati possint

§. 3ª

3ª conditio talis est requiritur debita et legitima agentis proximitas
cum enim agentia creata sint finitae et limitatae virtutis habent certos
et definitos distantiae terminos ultra quos non diffunditur illorum virtus

§. 4ª

Denique necessaria est et legitima medii dispositio cum enim agens non agat
in patiens nisi virtutem suam diffundendo per medium si illud medium
incapax sit ad traiiciendam illam virtutem non sequitur actio

In cap. 10.m

§. 1º

In hoc cap. varia proponit philosophus de mixtione et 1º quaerit an sit
mixtio et obiectionem refutat quae ad tollendam mixtionem adfertur

§. 2ª

Obiectio ita se habet si datur mixtio ea quae miscentur vel manent
integra et illaesa vel unum manet et alterum interit vel denique omnia
intereunt atqui haec omnia sunt absurda Ergo non datur mixtio nisi pro

probãt per singula membra sic ostendit si quae miscent͡ʒ manent integra eodẽ modo se habent post mixtionẽ atq; antẽ ac proinde post mixtionẽ ñ possunt dici magis mixta quã antẽ si verò unũ maneat et alterũ intereat ñ possunt dici mixta quia quod manet ñ fit misceri cũ eo quod interiit si verò nullum maneat itidẽ mixtio ñ erit quia quae oĩno ñ sunt permixta dici ñ possunt

S. 3ª

Huic obiectioni sic resp. Arlis dicit ea quae miscent͡ʒ remanere nec perpetuã eodẽ modo se habere post mixtionẽ quã antea ut enĩ miscent͡ʒ congrediunt͡ʒ et decertant inter se ex mutuo autem illorũ conflictu orit͡ʒ eorũ remissio et refractio quo fit ut ñ integra et perfecta remanere dicant͡ʒ sed alterata ac proinde alio modo se habentia

S. 4ª

2º docet phus qualiũ sit mixtionis modus idq; conditiones enarrando quae ad mixtionẽ requirunt͡ʒ 1ª condio ẽ ut miscibilia sint mutuo activa et passiva idẽ in se mutuo agere et a se invicem pati possint 2ª condio haec ẽ miscibilia debent ẽe admodũ divisibilia hae de caã corpora humida facilius miscent͡ʒ quã solida 3ª condio ẽ ut certa sit quantitas eorũ quae miscent͡ʒ nã si multa cũ paucis vel magna cũ parvis coniungant͡ʒ ita ut ñ sit iusta et debita proportio inter mixtilia ñ fit mixtio sed accretio quia quod exuperat reliqua ad se trahit v. g. si parũ vini infundat͡ʒ in dolium aquae nulla propriè fit mixtio quoniã aqua convertit vinũ in suã naam atq; ita tantũ aliquo modo augebit͡ʒ 4ª condio ita se habet mixtilia debent ẽe aliquo modo aequalia ita ut unũ ñ possit aliud in suã naam convertere aut alterũ oĩno interimere

S. 5ª

Ex his ita positis declarat 1º phus quid sit mixtile 2º quid sit mixtio mixtile ita ab illo describit͡ʒ mixtilia sunt quae mutuo agere et pati possunt et facile terminant͡ʒ et dividunt͡ʒ et ita miscent͡ʒ ut unũ eorũ alterũ ñ interimat nec tamen absolutè eadẽ maneant

S. 6ª

Postremis huiusce cap. verbis phus ita describit mixtionẽ mixtio ẽ mixtiliũ alteratorũ unio haec definio a nobis exposita fuit in compendio nostro phyo ideo ñ ẽ quod actũ agamus

Finis commentariũ in 1m lib. de ortu et interitu

Questiones in 1^m lib. de graone et corruptione

Questio 1.a an bona sit graonis definio ab Arle allata

§. 1.a

hanc questionē hoc ordine pertractabimus 1°. graonis definionem a pho allatā proponemus et exponemus et 2°. argūta quae contra eā adferuntur solvemus

§. 2.a

Quod ad 1^m definio graonis ab Arlo allata ita se habet grao e mutao totius nullo sensibili manente eodē tanquā subto

§. 3.a

Singula huius definionis verba examinanda sunt 1°. grao dicitur mutao hic notandū duplicē ee mutaonē unā propriā et alteram impropriā illud dicitur proprie mutari quod semper existens alio tamen modo se habet post mutaonē quā ante mutao vero impropriè dicta sumitur pro qualibet effectndi novitate ita ut impropriè ac dicatur mutari quod aliquo modo incipit ee de novo In hoc posteriori sensu dicit Arlus ortum ee mutaonem totius et totū compositū quod oritur mutari dicitur quatenus in graone incipit ee quod 0 erat propriè tamen id quod gratur 0 dicitur mutari quia cū nullo modo sit ante graonem per graonem 0 pt dici aliter se habere quam antea

§. 4.a

2°. sciendū e per totū hic debere intelligi formā substālē specificā et ultimam haec autem forma vocatur totū quod integritatem rei constituat et hac sublatā totum intereat quemadmodū cū destrui et interire dicimus numerū ternarium si unitate sublatā maneat binarius quoniā destructa e illa integritas et facta e alia numeri spēes sic quando forma introducitur in materiā aliud totū dicitur grari quia fit alia spēes corporis naalis

§. 5ª

Addunt 3º in hac definitione haec verba (nullo sensibili manente tanquam subiecto) quibus verbis declarat Aristoteles talem fieri mutationem ut nullum subiectum sensibile remaneat. subiectum enim quod in ortu subseruit est materia 1ª. haec autem non est sensibile subiectum cum omnium sensuum notitiam effugiat.

§. 6ª

Denique in hac definitione additur vocabulum (eodem) et nihil aliud vult Aristoteles per illam particulam quam nihil sensibile manere quod sit subiectum utriusque formae tam eius quae deperditur tum eius quae aduenit in interitu enim rerum animatarum manet quidem corpus quod est sensibile subiectum non tamen est idem subiectum utriusque formae nam in tali interitu forma quae deperditur est anima forma vero quae aduenit est forma mixti corpus autem quidem est subiectum animae non tamen est subiectum mixti formae sed sola materia 1ª.

§. 7ª

Contra hanc definitionem ita explicatam quaedam adferuntur ad quae breuiter Resp. 1º quidam ita arguunt videtur quod generatio non sit mutatio quia quod mutatur idem manet et perseuerat quamuis alio modo se habeat at quod generatur cum nullo modo sit ante generationem non potest dici per generationem aliter se habere quam antea. Resp. maiorem veram esse de eo quod mutatur mutatione proprie dicta non vero de eo quod improprie mutatur generatio vero ut patet ex predictis non est mutatio proprie dicta sed improprie

§. 8ª

2º dicunt. I. C. fuit genitus et non tamen mutatus nam quomodo immutabilis mutari posset. Resp. C. ut Deus est ab aeterno genitum fuisse a Patre et de hac generatione hic non agi sed etiam fuisse genitum in tempore et sic fuisse mutatum

Quaestio 2.a
an unius gratio sit alterius corruptio

§. 1.°

Ut hanc quaestionem Methodice pertractemus 1.° quaedam aduertenda sunt 2.° status illius ponendus et sententia nostra breuiter confirmanda et 3.° argumenta quae opinioni nostrae obesse videntur refutanda

§. 2.a

Quod ad 1.m notandum 1.° est hanc propositionem non esse intelligendam in sensu formali ita ut gratio sit corruptio formaliter sed consequenter et concomitanter et importare sequelam quandam et facere velut sensum causalem est enim ac si diceremus generationem unius semper fieri cum alterius corruptione et contra

§. 3.a

2.° obseruandum est ex sententia Aristotelis hanc propositionem intelligendam esse de eo quod 1.° generatur et corrumpitur

§. 4.a

3.° considerandum hoc dictum non esse uniuersaliter verum in accidentibus alicuius est enim quae non habent contrarium producuntur absque alterius corruptione et corrumpuntur absque alterius gratione

§. 5.a

His ita notatis sciendum est hic quaeri an verum sit in substantiis grationem unius quod 1.° producitur sequi corruptionem alterius quod 1.° corrumpitur affirmatiuam partem tenemus et ita confirmamus

§. 6.a

Cum gratur aliquid praesupponitur materia haec autem non poterat esse absque forma ex praecessit compositum cum igitur illud gratur inducitur noua forma et per consequens expellitur praecedens quia duae non sunt simul gratione ex praecedit corruptio

§. 7.a

3.a argumenta quae contra sententiam nostram adferuntur soluenda sunt 1.° videtur quod gratio unius non sit corruptio alterius quia gratio est quid positiuum corruptio vero priuatiuum at unum et idem non est positiuum et priuatiuum Resp. hoc axioma non esse ita intelligendum ut gratio unius sit corruptio alterius formaliter sed tantum concomitanter

§. 8ª

2º. aliquando aliqua forma producitur & tamen alia corrumpitur nam cum homo moritur inducitur forma cadaveris & tamen corrumpitur forma hominis quae est immortalis Resp. quamvis forma hominis non corrumpatur tamen ipsum homo corrumpi et sic est generatio cadaveris cum corruptione hominis non cum ut ante diximus Aristoteles loquitur hic nisi de eo quod per se corrumpitur et per se generatur

§. 9ª

3º. cum nutritur animal est corruptio cibi quia non manet illius forma sed non generatur ipsum animal quia antea erat Resp. verum esse in nutritione cibum destrui et tamen certum est ibi quandam partialem generationem esse quia eadem forma intrat in illam materiam partem in qua erat forma cibi praecedens

§. 10ª

4º. cum ex elementis fit mixtum non verum est hoc axioma fit enim nova mixti forma sed nihil corrumpitur cum elementa maneant quae sunt materia mixti Resp. elementa posse dici corrumpi inquantum retunduntur et refranguntur in mixti compositione At (dices) si elementa corrumpuntur generatio unius non est corruptio alterius sed plurium Resp. Aristotelem non dixisse (unius et alterius) ut singulare numerum denotaret atque ita pluralem excluderet sed ut reale terminum significaret vel unum vel plures quare non negare ex interitu plurium posse generari unum et contra ex interitu unius plura generari

Quaestio 3ª
an generatio sit actio momentanea

§. 1ª

Huic quaestioni ita satisfacimus dicimus generationem esse actionem momentaneam et hanc concludimus ita pr. in momento totam producitur forma productaque materiam coniungitur nam forma quaedam substantia est proindeque nec magis nec minus recipit eaque tota aut nullo pacto neque etiam requiritur tempus ut producta per se variatur sed in momento inducitur in materiam bene disposita dixi per se nam per accidens ratione diversarum subiecti partium quarum aliae prius aliis disponuntur aliquando contingit ut generatio successive peragatur cum forma successive per gradationem in varias subiecti partes introducatur

§. 2ª

At (dicas) Aristoteles in lib. 5º. phys. ausc. cap. 1º. asserit in omni mutatione

dari prius et posterius sed gradus est mutatio Er. in qua datur prius et posterius et per consequens est quid successivum et in lib. 7º eiusdem cap. 4º compar: arat gradiones inter se quoad ad velocitatem et tarditatem

§. 3ª

Singulis Resp. ad 1um dico Aristotelem esse agere de mutatione in toto sua signationis ambitu sed praecise prout sumitur pro mutatione successiva duntaxat ad 2um dico gradionem interdum sumi pro alteratione praevia una cum suo termino extrinseco qui est formae substantialis introductio nonnunquam pro sola introductione eiusdem formae cum Aristoteles gradiones quoad ad velocitatem et tarditatem inter se comparat gradionis nomen in priori sensu accipit et raro in posteriori

Questiones de accretione

Questio 1ª an cum quod augetur quaelibet pars augeatur

§. 1ª

Inter alias accretionis conditiones hanc proponit ab Aristoteles nempe quod augetur secundum omnes suas partes augeri contra hanc conditionem quaedam afferuntur argumenta quibus breviter Resp.

§. 2ª

1º cum augmentum sit per adventum alicuius extrinseci corporis si viventis quaelibet pars augetur vel datur corporum penetratio et hoc impossibile est vel sequitur dividi viventis ut partes cibi ingredi: antur in quaslibet eius partes et hoc etiam impossibile est quia tunc in augmento interveniret dolor qui causatur ex divisione continui at nullus ibi dolor est Resp. negi dari penetrationem neque divisionem fieri sed per poros communicari alimentum solidis partibus sed (dices) quomodo fieri potest illud cum isti pori sint repleti corpore aliquo alias daretur vacuum est igitur possunt aliud extrinsecum in se recipere quin detur penetratio corporum Resp. corpus quo replentur pori cedere cibo vel quia ex alia parte abit vel per partem eiusdem pori

§. 3ª

2º. Sunt partes in viventibus aliquando aridae ut patet ex multis qui membrorum contractione patiuntur viventia igitur non augentur secundum illas partes sed secundum alias. Ex. quaelibet pars non augetur in vivente dum augetur. Resp. hanc Arlis condionem ita esse intelligendam ut quod augetur secundum omnes partes augeatur modo sanae et illaesae fuerint

Questio 2ª
an in accretione maneat idem numero subtum

§. 1ª

Arles hanc etiam condionem accretionis proponit nempe in ea idem numero subtum remanere. Haec condio ita confirmari potest illud est idem numero subtum in quo eadem manet forma substantialis sed in illo quod augetur manet eadem forma substantialis. Ex. idem numero subtum remanet

§. 2ª

Contra tamen illud affertur videlicet totum componi ex partibus. Ex abiectis quibusdam partibus et aliis adiunctis necesse est ut totum non sit idem sed aliud at cum vivens accrescit adduntur partes de novo per conversionem alimenti. Ex. non manet idem numero totum. Resp. totum non dici aliud quamvis aliae partes adiiciantur et aliae de novo addantur quia 1º manet eadem forma 2º. quia quaedam partes ita paulatim abiiciuntur et aliae adduntur ut cum praecedentibus continuentur per hanc autem continuationem efficiuntur unum et idem

Questio unica
De reactione an omne agens dum agit repatiatur

§. 1ª

Ut haec nobilissima questio de reactione et summa inter philosophos animi contentione exagitata uti a nobis tractetur 1º. quaedam ad illius

intelligentiā necessaria premittenda sunt 2°. illius status ē ponendus 3° sententia nostra confirmanda et 4° que sententiæ nostræ obesse videntur sunt refutanda

§. 2ª.

Quod ad 1ᵐ. sciendū ē 1°. quid sit reactio reactio nihil aliud ē quā quādā mutaō quâ id quod patitur renititur adversus agens et illud immutat dū ab illo mutatur adeo ut agens pati et patiens agere aliquo modo dicere possimus

§. 3ª

2°. sciendū ē cum plures sint motus species questionē hanc neq; in mutaōne substāali neq; in accretione et diminuōne locū habere gratis cū ab ipso genito ō gratur nec interimitur in ipso grandi actu nec etiā quod accrescit incrementū capit ab eo quod augetur ē igitur hec disputaō precipue instituta de motu alteraōnis an agens a patiente vicissim patiatur

§. 4ª

3°. notandū ē questionē ō ēē institutā de agente remoto sed proximo tantū et quod conveniat in maā cū patiente neq; nos loqui de alteraōne perfectivā ut ē sensus et intellectus neq; de movente per metaphora ut facit finis

§. 5ª.

Itaq; tandē status huius questionis hic ē an agens per se et proprie dictū et patienti proximū et cū ipso in maā conveniens dū in ipsū agit ab eodē repatiatur

§. 6ª

Affirmativā partem tenemus 1°q; cū Arlis authoritate 2°. experientiā et 3°. raōne confirmamus ad phi authoritatem quod attinet Arles in contextu 8°. et 16°. lib. 3ii phys. ausc. et in lib. 1°. de ortu et int. contextu 53°. et 87°. et pariter 84°. agens agendo repati asserit

§. 7ª

Experientiā etiā hoc colligitur quia aqua calida infusa frigide eam temperat et ab ipsâ temperatur quod ō eet nisi daretur reactio similiter ferrū ignitū aque frigide infusū ipsā calefacit et ab ipsā frigefit et manus comprimens gelu liquefacit ipsū calefaciendo et ab ipso frigefit pariter cibus manducatus alterat aāl et alteratur ab ipso preterea etiā duo vasa simul concussa se invicē frangunt et duo cultri se hebetant

§. 8a

3º. Idem ratione ex mixtione desumpta probamus cum autem mixtio fiat ex multis agentibus alteratis et ad concordiam et temperiem reductis non videtur posse fieri talis alteratio nisi elementa ab invicem in quae agunt simul etiam patiantur

§. 9a

Iam argumenta quae contra sententiam nostram afferuntur solvenda sunt. 1º. Si duae res sumantur in quibus actio et passio esse debent ut portio ignis et portio aquae hae res vel habent vires aequales vel inaequales si aequales neutra in alteram aget quia neutra alteram vincet si vero inaequales illa quae validior est et in alteram aget sed vicissim haec in alteram non aget quia debilius in validius agere non potest Resp. agens et patiens posse considerari vel in initio et medio pugnae vel post finem conflictus si priori respectu considerentur tunc unum agit in aliud illud paulatim superando nempe illud quod fortius est agit vehementius alterum vero debilius si vero posteriori modo spectentur dicimus actionem tunc cessare quando patiens succubuit agenti atque ita reactionem finire

§. 10a

2º. Si reactio daretur secundum idem et respectu eiusdem agens esset simul potestate et actu quod nullo modo dicendum est nam si agat ignis in aquam et ipsa calefaciendo ab eadem refrigeretur agit quatenus est calidus proindeque quatenus est actu sed a frigido etiam patitur quatenus est calidus Ergo eadem ratione nempe qua calidus est simul agit et patitur et simul erit actu et potestate Resp. in reactione non idem secundum idem agere et pati nam ignis v. g. agit quatenus est calidus patitur autem quatenus potestate est frigidus

§. 11a

3º. Haec videtur esse falsa in motu locali non autem quod movet necessario movetur secundum locum Ergo neque quod agit et alterat necesse est pati Resp. non esse parem rationem motus localis et alterationis eo quod resistentia motus localis non est activa nam cum reagit gravitas vel levitas in agens sed resistentia in alteratione est qualitas activa scilicet contraria

Quæstiones quædā de mixtione

Quæstio 1.ª an detr mixtio

§. 1.ª

Post varias tū de gradione et corruptione tum etiā de accretione et diminutione et pariter de reactione pertractatas quæstiones sequitr jā ut nobiliores et magis necessarias quæ de mixtione moueri possunt controuersias exponamus

§. 2.ª

quia quæstio an sit ē omnium 1.ª inquirendū 1.° ē an detr mixtio dari mixtionē constat 1.° authoritate Arlis qui in cap. 10. lib. 1.° de ortu et interitu id disertis verbis asserit

§. 3.ª

2.° idē constat experientiā continuus cū vigeat naā vaporū et exhalaonū ē terrā ascendentiū et aquæ pluuiales circumfusi æris actione multas bestiolas ex putredine naā subito nasci quod nonnisi mixtionis interuentu fit

§. 4.ª

Quod ad diuisionem attinet diuiditur totum hoc opus in 2.ᵃˢ partes in proœmium scilicet et tractationem proœmium continetur et absoluitur in cap. 1.º lib. 1.ⁱ tractatio autem subdiuiditur in 2.ᵃˢ aliasque partes in priori examinantur ab Arle veterum phorum de aia sententie que habetur a principio cap. 2.ⁱ usque ad finem lib. 1.ⁱ

§. 8.ª

In posteriori vero propriam explicat Arlis de aia sententiam cuius explicatione tali progreditur ordine 1.º inuestigatur ab eo aie natura et essentia et essentialis aie definitio explicatur illud autem prestat phus in cap. 1.º et 2.º lib. 2.ⁱ de aia deinde diutius immoratur in explicandis 4.ᵒʳ aie facultatibus vegetatiua scilicet sensitiua locomotiua et intellectiua vegetatiua et sensitiua explicantur a principio

cap. 3.ᵘ lib. 2.ⁱ usqꝫ ad cap. 4.ᵐ lib. 3.ⁱⁱ reliquæ vero duæ aæ
facultates intellectiua videlicet et locomotiua a cap. 4.º lib. 3.ᵘ
usqꝫ ad finē operis ut in progressu clarius patebit

In cap. 1.ᵐ
Libri 1.ⁱ de aâ

§. 1.ª

In hoc 1.º cap. continetur 1.ª pars huius operis nempe proæmium
In hoc autem proæmio attentos et dociles sibi reddit Arles discen:
tium aos hanc de aā doctrinā commendando 1.º a dignitate 2.º
ab utilitate et 3.º a rei subtᵉ difficultate

§. 2.ª

Quod ad dignitatē spectat Arles dicit sciam posse ēē aliâ nobili:
orem et præstantiorē duabus de caīs 1.ª ē si exquisitior sit et
accuratior idē firmioribus et certioribus constet demonstraōnibus
posterior si in nobiliori et præstantiori occupetur subto ppter pri:
orem caām mathematicæ disciplinæ metaphya præstant cā
cū antecedunt certitudine et euidentiā demonstraōnū et ppter
alterā caam Metaphya præstat disciplinis mathematicis
quia scilicet Metaphya versatur circa obiectum nobilius et
præstantius quā Mathematica disciplina

§. 3.ª

his 2.ᵘˢ de caīs commendat Arles hanc de aā tractaōnem
tū quia hæc tractaō firmissimis et euidentissimis corroboratur
demonstraōnibus tū quia versatur circa obiectum præstantissimū
aām scilicet

§. 4.ª

§. 2.º Scientiā hanc de aā ab utilitate commendat utilitas
eius in 2.ᵘˢ consistit 1.º cū confert aæ cognio ad oēm veritat
et scientiā quia sui ipsius cognio ē fundamentū omnium sciarū
2.º confert hæc de aâ tractaō spcaliter ad sciam naalem ō
cū perfecte haberi pt scia naalis nisi oēs corporis naalis
species cognitas et perspectas habeamus præstantissima autē corp:
oris naalis species ē corpus aatum sed corpus aatum cognosci
ō pt ignoratā aā quia aa ē formale corporis aati principium
ignoratis autē principiis necesse ē ut ignorentur quæ a principiis
dependent ut declaravit in cap. 1.º lib. 1.ⁱ phys. ausc.

§. 5ª

3º. captat Arles lectorū benevolentiā a difficultate subtr-
mae ut eni ignobiles et demissae mentes proposita alicuius rei
difficultate deterreri solent ab instituto sic nobiles hos ad ardua
et sublimia natos tantū abē ut proposita rei difficultas remoret
et retardet quin potius eos instar cotis cuiusdā mirū in modū
exacuit huius autem rationis difficultatē ostendit multis in
mediū quae de aā moveri possunt quaestionibus allatis tum
ab aāe naā tū ab eius operaonibus desumptis ut v.g. an aā
sit substāa vel accidens an sit actus vel potentia utrū aā sit
divisibilis an vero indivisibilis utrum oēs aāe operaones a
corpore dependeant

§. 6ª

Sed quia nimis longū ēet imo prorsus inutile oēs quaestiones
quas hic Arles congerit in mediū adferre ideo reliquarum
recitationi supersedemus ut ad scitu digniora properemus

In cap. 2m

§. 1ª

In hoc cap. incipit Arles examinare veterū phorū de aā
sententias dividitq; oēs phos qui de aā egerunt in 3. sectas 1ª
ē eorū qui aām definierunt per motū 2ª eorū qui per sensū
sine cognitione aām descripserunt 3ª denique ē illorū qui ex utroq;
tū ex motu tū ex sensu aē essentiā investigarunt

§. 2ª

In 1ª secta reperiuntur Democritus et Leucippus qui cum ex
atomis oīa constituerent aām arbitrabantur nihil aliud ēe
quā atomos leves et rotundas continenti motu praeditas ac pro-
inde igneae naāe nā quia aā debuit per totū diffundi corpus
ideo ex atomis rotundis quae cū careant angulis facile per-
meant compositū ēe voluerunt quia vero videbant aām
corpus movere et nihil movere existimabant nisi quod moveretur
ideo aām ut ēet maxime mobilis dixerunt ēe igneae naāe

§. 3ª

2º. in mediū adducuntur Pythagorei dicentes aām nihil aliud
ēe quā ramenta quaedā quae vel videamus vel videre videmus
per alia volitare quia cū arbitrarentur aām ēe principium
motus ac proinde maxime mobilē et viderent haec ramenta
perpetuo agitari etiā tranquillo aere nullisq; flantibus ventis
putaverunt aām nihil aliud ēe quā ramenta illa

§. 4.ª

3.º ponunt illi qui dixerunt animam nihil aliud esse quam id quod seipsum movet cum enim secundum eos quidquid movet moveatur animam putarunt esse maxime mobile est potius autem ab alio moveri quia sic est 1.um movens eam igitur seipsa movere dixerunt

§. 5.ª

His explicatis transit ad 2.am sectam eorum qui animam definierunt ex sensu seu cognitione huius autem sectae fuerunt illi qui arbitrab: antur animam vel esse principia vel principium qui plura rerum princi: pia ponunt ut Empedocles 4.or elementa et concordiam ac discordiam dicebant animam esse plura principia vel ex pluribus principiis constare aliter haec plura principia est cognosceret ab anima qui vero unum constituebant rerum principium arbitrati sunt animam esse illud principium

§. 6.ª

3.ª et ultima secta est eorum qui tum ex motu tum ex cognitione animam definierunt quales fuerunt illi qui dixerunt animam esse numerum seipsum moventem numerum ratione cognitionis seipsum autem moventem ratione motus has trium sectarum sententias confert inter se ad finem usque cap. in sequentibus eas examinaturus

In cap. 3.um

§. 1.ª

Examinat Aristoteles ab hoc cap. usque ad finem lib. veterum philosophorum sen: tentias quas in cap. praecedenti recensuit incipit autem ab opinionib. philosophorum 1.ae sectae qui animam definiebant per motum his autem duo ob: iiciunt ab Aristotele primus est motum est pertinere ad naturam et essentiam animae ac proinde est esse definiendam per motum et 2.º animam per se est moveri hoc autem sic probat quidquid per se movetur aut movetur motu loc: ali aut motu alterationis aut motu accretionis et diminutionis aut alio sed anima est movetur aliquo horum motuum quia quidquid movetur illis motibus est in loco anima autem est in corpore ut in loco sed ut forma in materia

In cap. 4.um et sequentia usque ad finem lib.

§. 1.ª

Ut breviter percurramus has veterum philosophorum refutationes quae ab Aristotele dicuntur in singulis cap. usque ad finem lib. in summa contra: himus indicando tantum contextus seriem

§. 2ª

In cap. 4º. refutat Arlis eorū opinionē qui aām harmoniā ēē dixerunt summa huius sententiae ē cū corpora ex contrariis coalescant & contraria ō possint simul consistere nisi ad moderaone & harmoniā aliquā reducantr ideo voluerunt illi aām nihil aliud ēē quā harmoniā aliquā quae contraria ex quibus corpus constat vinciret & coerceret

§. 3.

Hae opinio refutatr ab Arle hac praecipuē raone harmonia nihil aliud ē quā mixtio quaedā vel compoo sed hoc de aā dici ō pt cū sit substaa

§. 4ª

In cap. 5º probat Arlis aām motibus ō moveri in principio ponit dubitandi raonē videntr enī ira laetitia dolor tristitia ēē motus sed aā dolet laetatr tristatr Er. diversis motibus movetr Resp. Arlis illas affectiones fieri quidē per diversos motus aām vero illis motibus ō moveri ō enī dicimus aām irasci sed hoiem

§. 5ª

Hoc ita posito probat Arlis aām raonalē ō corrumpi hac potissimum raone si aā corrumperetr alteraretr & hebetaretr per senectutē in quā hebescunt & obtunduntr oēs corporeae vires sed intellectus ō hebetatr per senectutē viget enī in senibus iudicium & prudentia multo magis quā in iuvenibus

§. 6ª

In cap. 6º invehitr Arlis adversus eos qui putarunt aām nihil aliud ēē quā numerū seipsū moventē si enī numerus seipsū movens sit aā cū numerus sit ex unitatibus multitudo collecta unitates seipsas movebunt quod ē absurdū quia unitates sunt indivisibiles quidquid autem movet seipsū dividitr in partem moventē & partē motā 2º. si aā sit numerus aā desinit ēē si aliquid ab eā detrahatr quod tamē ō fit si enī ex arbore excindatr ramus tamen remanebit arbor

§. 7ª

In cap. 7º. refellit Arlis sententiā eorū qui dixerunt aām compositā ēē ex elementis & raonē qua nitebantr nempe simile a simili cognosci si igitr elementa cognoscantr ab aā eam debere ēē ex elementis compositā

§. 8ª

Hanc sententiā ita refutat Arlis 1º. si simile a simili tantū cognoscatr quia Deus ō componitr ex elementis ut aalia ō igitr

ea cognoscit 2°. res dicta dicunt animatae quia res dictae vel elementa sunt vel constant ex elementis et ita sunt rebus aliis similes et sic eas cognoscunt atq; ita sunt animata cognitione cui est opus anima 3°. si anima componatur ex elementis necesse est ut sit aliquid quod uniat illa elementa et hoc debet esse praestantius quia quod continet et coercet praestantius est eo quod continetur

§. 9ᵃ

In cap. 8°. refutat Aristoteles sententiam eorum qui dixerunt mundum esse animatum et quandam esse animam quae per magni illius animalis artus infusa magnam huius agitet molem

§. 10ᵃ

Hanc opinionem refellit Aristoteles hac praecipue ratione si anima est infusa per totum mundum res igitur dictae sunt animatae nec videtur alia reddi posse ratio cur si anima aeque sit in elementis ac in animalibus elementa non dicantur ita animata ut animalia

§. 11ᵃ

Quoniam autem veteres qui hanc opinionem defendebant hac ratione nitebantur pars est eiusdem rationis cum toto neque pars potest esse nobilior toto sed videmus quasdam mundi partes esse animatas ergo totus mundus est animatus

§. 12ᵃ

Hanc responsionem insinuat Aristoteles non necesse esse ut in toto aggregato ut est mundus eadem sit ratio partis et totius

§. 13ᵃ

In cap. 9°. et ultimo duas proponit quaestiones prima quarum 1ᵃ est an sint plures animae in unoquoq; homine 2ᵃ cum variae sint animae operationes in quanam vita consistat

§. 14ᵃ

1ᵃ quaestioni ita resp. Aristoteles dicit falsam esse Platonis opinionem qui plures in homine animas ponebat si enim in homine sunt plures animae ut hoc dicatur unum necesse est aliquid esse quod illas animas uniat et contineat quodnam autem erit illud non corpus quia ut forma manet sic anima unit corpus unde discedente anima corpus putrescit si autem illud sit anima vel erit una vel plures si una sit anima quae reliquas contineat fatendum est unam esse in homine tamen quia cum sit proprium animae continere reliqua quae continentur non sunt propriae animae si vero dicas plures esse animas quae contineant rursus quaeri potest a quanam illae contineantur et uniantur

§. 15.ª

2ª quæstioni ita satisfacit philosophus dicit vitam consistere in eo quod est omnibus viventibus commune facultatem autem vegetativam commune esse omnibus viventibus non vero motum sensum et intellectum in facultate igitur vegetativa vitam consistere

Finis commentarii in 1.um lib. de anima

Commentarius in 2.um lib. de anima

In cap. 1.um

§. 1.ª

refutatis veterum philosophorum de anima sententiis accedit Aristoteles ad declarandam veram hac de re sententiam eo autem ordine progreditur ut prius animæ naturam et essentiam explicet quod præstat in 2.is 1.is cap.ibus deinde explicet varias animæ facultates et affectiones

§. 2.ª

Quod attinet ad prius 2.am affert Aristoteles animæ definitionem 1.am quidem una ab eo definitur cum respectu et habitudine ad corpus actuum 2.o cum ordine et habitudine ad operationes quas exercet

§. 3.ª

1.am animæ definitionem more suo venatur Aristoteles in hoc cap. per varias divisiones 1.o dividit ens in 10 categorias unam substantiæ et 9 accidentium ut relictis accidentibus substantiam tanquam ad institutum suum facientem assumat 2.o substantiam dividit in materiam formam et compositum ex materia et forma conflatum 2.em qui ponit inter materiam et formam duarum 1.o est quod materia non sit hoc aliquid id est ens definitum et determinatum natura forma vero sit hoc aliquid quia materiam determinat ad certam aliquam entis speciem posterior dua est quod materia sit potentia id est ens imperfectum et inchoatum formam respiciens a qua perficitur forma vero sit actus id est perfectio et materiæ et compositi

§. 4a

3o quia certu e aam neq; ee compositu neq; maam ideo actu dividit Arlis in actu 1m et 2m actus 1us e principium operandi ut e vel forma substaalis vel potentia naalis vel habitus actus vero 2us e ipsamet opaao proponit Arlis illa divisione quia aa e actus nec quilibet actus sed actus 1us scilicet forma corporis aati et principiu oium illius opaaonum

§. 5a

Investigato ita aae gre progreditur Arlis ulterius ad investigandas eius dtias et quia definienda e aa cu ordine ad corpus aatum 4o ab illo dividitur corpus in corpus naale et o naale quale e corpus mathematicu et corpus artificiosu corporibus illis o naalibus omissis corpus naale assumit illudq; 5o loco dividit in aatum et in inaatum illudq; dicit aatum quod nutritur accrescit et decrescit ex his oibus deducit Arlis aae definitionem hoc pacto aa e forma naalis corporis potentia vita haben:tis

§. 6a

In hoc eodem cap. superiorem aae definitionem ut partium simul dictu effingit et efformat Arlis idq; in ea immutando duas particulas loco enim gnis quod e forma ponit Arlis ἐντελε:χειαν idest actu in locu vero corporis naalis reponendu censet phus corpus organicu ita ut tandem aa ab eo definiatur aa e actus corporis organici potentia vita habentis

§. 7a

Sed quia aliquis obiicere posset hanc organoru varietatem o ee oibus viventibus concessa ideo huic obiectioni obviam it Arlis dicitq; in arboribus reperiri hanc instrumentorum diversitatem invenitur enim cortex totius arboris involucrum ad arcendas caeli iniurias sunt etia folia tanqua fructuu integumenta sunt etia radices aaliu ori proportione respon:dentes ut enim aal per os cibum capit sic arbores succu con:venientem per radices exsugunt e terra

§. 8a

Tandem Arlis hanc definitionem explicat 2us exemplis illisq; illustrare vult quomodo aa dicatur actus seu ratio essentia et quidditas corporis prius exemplu e huiusmodi si aliquod instrumentu v.g. securis eet aatum eius rao et essentia eet aa quia sublata aa o amplius eet securis nisi improprie nunc vero e securis sine aa quia aa o e actus seu forma rei artificialis sed naalis

§. 9ª

Alterū exemplū ita se habet si oculus eet aāl visus eet eius aā at visus ē quidditas oculi ita ut sublato visu ō amplius sit oculus nisi homonymos oculus enī in quo ō ē visus ō magis dicit̃ oculus quā lapideus aut pictus eodē pacto aā ē essentia et quidditas corporis ita aūt se habet aā ad corpus ut visus ad oculū

§. 10ª

Docet etiā Arlas in hoc cap. per corpus potentia vitā habens intelligendū ē corpus habens facultatē exercendi operaōnes vitales coniunctū cū actu

In cap. 2ᵐ

§. 1ª

In hoc cap. duo praestat Arlas 1º alterā aāe definiōnē in mediū adfert et explicat et 2º hac posteriore aāe definione priorē confirmat

§. 2ª

Quod attinet ad 1ᵐ ad hanc definiōnē investigandā proponit Arlas hoc principiū aāta ab inaātis per vitā distinguunt̃ per vitam ...ario ut sumit̃ pro aā et per vitā 2ario ut sumit̃ pro aāe operaōnibus

§. 3ª

2º viventia dividit in 4ᵒʳ gra, viventiū enī aliud ē vegetatiuū aliud sensitiuū aliud locomotiuū et aliud deniq. intellectiuū isti 4ᵒʳ gradus ita se habent ut quilibet praecedens in sequenti includat̃ ut vegetatiuū includit̃ in sensitivo sensitiuū in locomotivo et locomotiuū in intellectivo at vero quilibet praecedens sequentē excludit ut vegetatiuū hoc in loco dicit̃ illud quod tantum vivit ō autē sentit aut locomovet̃ sic sensitivum locomotiuū excludit et locomotiuū intellectiuū

§. 4ª

Per vegetatiuū hoc in loco intelligit̃ hoc quod viventis quod vivit tantū vel vitales exercet operaōnes ut sunt nutritio auctio et ...ō quemadmodū sunt plantae augent̃ enī plantae et adolescunt nutriunt̃ quoq; augmentas enī nutritionē supponit gratiā etiā quia semina ex se fundunt ex quibus aliae plantae progenitoribus similes pullulant nullis autē aliud funguntur officiis

§. 5.a

Per sensitivū denotantr viventia quædā imperfecta quæ quorumdā sensuū officia præstant et tamen se transferunt de loco in locū ut sunt zoophyta seu plantaalia quæ vivunt et sentiunt inter conchylia et ostrea licet enim in illis aadvertatr subobscurū aliquod vestigiū motus contrahunt enim se et dilatant et tamen moventr de loco in locū

§. 6.a

3m viventiū gdus ē locomotivū quo denotatr aaliū perfectiorū gūs quæ et vivunt et sentiunt et de loco in locū moventr

§. 7.a

Illustrissimus denique ē ille vitæ gradus qui ut oēs nobilissimus reliquos oēs in se continet per illud enī designantr hoēs qui et vivunt et sentiunt et moventr secundū locū cum plantis et aalibus sed ulterius intelligunt et ratiocinantr

§. 8.a

Post quā Arlēs de illis 4r viventiū gradibus has duas format questiones 1a ē an vegetativū sensitivū locomotivū et intellectivū sint variæ formæ an verò diversæ ejusdē aæ partes ut huic questioni satisfaciamus dicimus in diversis suppositis procul dubio has aas ēe diversas sed in uno supposito ēe unā aam cujus aliæ sint facultates ut constat ex cap. ultimo lib. præcedentis

§. 9a

Questio 2a quā proponit Arlēs an hæ aæ partes loci separentr resp. Arlēs huic questioni negativè illudq; demonstrat exemplo ab aalibus insectis desumpto si enī aliquod aal insectū dividatr ut vermis in utraq; parte divisa manebit vita motus et sensus hoc autē manifestū ē indiciū has aæ partes ñ ēe loci distinctas nā si motus et sensus ēent in una corporis parte vita autē in altera in partibus aaliū insectorū divisis ñ reperirentr simul vita motus et sensus

§. 10a

Ex his oībus patet altera aæ definitio quæ traditr per operationes hoc modo aā ē principiū quo 1o vivimus movemur sentimus et intelligimus

§. 11a

In posteriore hujusce cap. parte ex hac aæ definitione priorem

In cap. praecedenti tradita confirmat Arlis hoc pacto princi:pium quo 1° vivimus movemur sentimus et intelligimus est actus seu forma corporis organici potentia vitam habentis sed anima est tale principium Ergo anima est actus corporis organici pot:entia vitam habentis

S. 12a.

Quod autem anima sit actus vel forma novo argumento probat Arlis omnis substantia vel est materia vel forma vel compositum sed notum est animam neque esse materiam neque compositum est igitur forma remota ab anima corpus dicitur cadaver illud autem est forma a quo fit denominatio

In cap. 3m.

S. 1a.

Declarata hactenus anima per duplicem definitionem essentia transit Arlis secundum leges legitimae Methodi ad investigandas animae facultates et affectiones et quia ordo postulat ut a communioribus et universalioribus exordium sumatur ideo de facultatibus animae generatim et universaliter tractationem instituit phus in hoc cap. prius quam ad specialem singularum animae potentiarum considerationem descendat

S. 2a.

Imprimis constituit facultatum animae numerum et 5. ait esse animae facultates vegetativam scilicet sensitivam appetitivam locomotivam et intellectivam et ex his 5. facultatibus 4or viventium genera elicit

S. 3a.

Si dicas cur non sunt 5. viventium genera ut sunt 5 animae facultates Resp. Arlis hanc esse rationem quia appetitivum et sensitivum cum se mutuo consequantur et simul reperiantur non constituunt nisi unicum viventis genus

S. 4a.

Quod autem sensitivum et appetitivum se mutuo consequantur et appetitus a sensu separari non possit pr. ab Arle 2ci ratione quarum 1or ita se habet ubi est sensus ibi est actus ut omnium sensuum communissimus et quasi vitae fundamentum sed ubi est tactus ibi est iucundi et molesti perceptio id est dolor et voluptas datus enim est animalibus tactus ut noxia declinent iucunda autem et commoda consectentur ubi autem est dolor et voluptas ibi est cu:piditas sive appetitus concupiscibilis

§. 5.^a

Altera ratio haec est cum quia animalia tactu praedita sunt habent quoque sensum alimenti idest gustum quia gustus est tactus quidam particularis quicumque autem gustum habent famem habent et sitim ac proinde appetitum famis enim nihil aliud est quam appetitus calidi et sicci sitis vero appetitus frigidi et humidi

§. 6.^a

Notandum etiam quando Aristoteles dividit omnes animae potentias in 5 tantum supra allatas hanc esse potentiarum generaliorum et universaliorum divisionem unaquaeque enim harum potentiarum multas alias sub se comprehendit ut vegetativa dividitur in facultatem nutricem auctricem et generatricem quibus tanquam administrae datae sunt aliae facultates nempe attractrix expultrix et retentrix idem dicendum de aliis potentiis quarum divisionem poteris videre in compendio nostro physico

§. 7.^a

In eodem cap. Aristoteles instituit comparationem animae cum figura ut per huiusmodi comparationem quae hactenus de anima et de animae facultatibus dicta fuerunt clariora reddantur haec autem animae comparatio cum figura consistit in duobus 1.^a comparatio est huiusmodi quemadmodum figura universaliter sumpta non est quid separatim existens ab omnibus figuris sic anima in genere non est idea quaedam idest forma ab omnibus particularibus animabus separatim existens hac comparatione intendit Aristoteles refutare sententiam Platonis qui statuit universalia esse ideas idest formas quasdam immutabiles a singularibus seiunctas et separatas

§. 8.^a

2.^a ratio comparationis haec est quemadmodum una figura in altera continetur ut triangulum in quadrato si enim diametrum ducas in quadrato idest rectam lineam ab uno angulo ad alium oppositum quadratum dividis in duo triangula sic una anima in alia nobiliori et perfectiori modo continetur ut anima vegetativa in sensitiva et sensitiva cum vegetativa in intellectiva virtute continentur

In cap. 4m

§ 1a

Huius cap. duae sunt partes in priori declarat Arles ordinē in tractatione facultatū aē servandū in posteriori vero de facultatibus aē vegetantis disserit

§ 2a

Quod attinet ad 1am partē hunc ordinē pollicetur Arles se observaturū ut prius de operationibus facultatū quā de facultatibus aē sit dicturus et de obiecto prius quā de operationibus ut prius videndū ē quid sit intelligere quā quid sit intelligendi facultas et prius declarandū venit quid sit intelligibile quam quid sit intellectio ~~in altera huius~~

§ 3a

In altera huius cap. parte disserit Arles de facultatibus aē vegetantis et ē instituti sui rationē aperit et docet cur de facultatibus aē vegetantis prius dicturus sit ratio ē quia a communioribus ē incipiendū sed facultates aē vegetantis communissimae sunt conveniunt enim omnibus viventibus sensitivae autem aē facultates non omnibus competunt sed animalibus tantum et facultates aē rationalis hominibus solū

§ 4a

2o de facultatibus aē vegetantis dicturus eas enumerat dicitque tres ēē nempe altricē auctricē et genitricē altricem et auctricem ēē aē vegetantis facultates per se notū ē genitricē vero ēē etiā talis aē facultatē ita probat primus illud ē opus aē vegetantis quod ē naturalissimum omnibus viventibus perfectis nec mutilis nec sponte suâ genitis sed generare sibi simile ē naturalissimū omnibus viventibus perfectis nec mutilis nec sponte suâ genitis Ergo generare sibi simile ē opus aē vegetantis maior confirmatione non eget et antiqua minore probomus notandū ē tres requiri conditiones in vivente ut generare possit 1a ē ut vivens sit perfectū non solū perfectione partiū sed etiā aetatis et quantitatis 2a ē ut vivens non sit mutilū aut oblesū ut Muli Eunuchi Spadones aut alio quovis naturae vitio impediti 3a conditio ē ut vivens non sit αὐτόματον idē sponte suâ nati qualia sunt animalia ex putri materiâ genita ut vermes

§. 5.ª

Superioris Syllogismi mi. propōnē sic confirmat Arīs illud ē opus naālissimū per quod assequuntur viventia quod maximè appetunt secundū naām scilicet perpetuitatem et immortalitatē sed per gnāonē pro naā sue modulo assequuntur viventia immortalitatē Ergo gnāo ē opus naālissimū pr. mi. quia per propagāonē et successionē individuorū qua fit per gnāonē in aeternū conservatur spēs ac proinde unumquodq; vivens saltē immortale redditur secundū speciem

§. 6.ª

Postmū agit Arīs in hoc cap. de cāā et principio harum aē facultatū et dicit harū facultatū āām eē verā causam et āām eē talē causam in 3.ᵇᵘˢ gn̄e cāā demonstrat scilicet in gn̄e cāā formalis efficientis et finalis quod āā sit forma corporis viventis sic pr. actus ē forma sed āā ē actus corporis viventis Ergo ē illius forma āām autem eē causam finalem sic pr. oīa corporis viventis organa sunt ppter āām et āā opeāones referuntur et ordinantur ad āām et proinde āā ē finis cuius gratiā hae instrumenta fabricantur a naā quod āā sit cāā efficiens inde pr. quia ē cāā efficiens motus localis in aālibus ē cāā quoq; efficiens accretionis

§. 7.ª

Quia ut vidimus in initio huius cap. in tractāone facultatū aē agendū ē de obto seu de alimento disputat pstus quod ē harū triun aē vegetantis facultatū obtum imprimis exagitat hanc quaestionē utrū alimentū sit simile vel contrariū rei viventi

§. 8.ª

Quod alimentū sit simile rei viventi hac rāone pr. quod alitur simili alitur sed alimento res aluntur Ergo quod autē debeat eē contrariū rei viventi pro altera parte sic pr. quidquid ē patitur patitur a contrario sed alimentū patitur a vivente alteratur enī concoquitur et mutatur in substantiam rei viventis Ergo debet eē contrariū rei viventi ad questionē illā sic in utramq; partem exagitatā Resp. Arīs per distinctionē nempe alimentū 2.ᵇᵘˢ modis considerari vel in principio quando adhuc indigestum ē vel in fine post concoctionē et elaborāonē illius in principio ē dissimile et contrariū rei viventi quia pati debet idē alterari coqui et immutari a vivente quidquid autem patitur et mutatur

dissimile est a contrario et a quo patitur et in quod mutatur si vero consideratur alimentum in fine idest postquam concoctum est et elaboratum tunc est simile rei viventi

§. 9a

Monet etiam Aristoteles hoc in loco alimentum ut potius vivum facultatum obiectum 3o. etiam posse considerari est ut est quantum 2o. ut est substantia et 3o. ut est generationis effectivum ut est quantum est obiectum facultatis auctricis quidquid enim augetur est quantum quantum autem non augetur nisi per additionem quanti ut est substantia est subiectum facultatis nutricis nutritio enim est reparatio substantiae quae vel propter actionem caloris vel alium de caelo assiduo fluxu delabitur substantiae autem deperditae iactura non nisi per aggenerationem substantiae resarciri potest denique alimentum spectari potest ut est generationis effectivum quia natura speciei conservationi consulens non consumit totum alimentum quantumcunque est in viventis substantiam sed aliquid illius ex 3a concoctione seponit ut virtutem seminariam et genitivam accipiat

§. 10a

Ex supra dictis nutritivam facultatem definit Aristoteles hoc modo facultas nutritiva est virtus conservatrix individui in quo est quatenus tale est idest quatenus est actum facultatem vero genitricem hoc modo definit facultas genitrix est virtus effectrix eius quod est simile generantis

§. 11a

Inde concludit Aristoteles 2ex esse animae instrumentum in nutritione efficienda quod tali exemplo declarat quemadmodum nauta duobus instrumentis utitur ad navim movendam manu scilicet et timone manus movet et movetur movet timonem sed movetur a nauta timo autem non amplius movet scilicet aliquid quod habeat rationem instrumenti inservientis ad navim movendam sic 2ex est in vivente nutriendo instrumentum calor scilicet naturalis et alimentum calor movet et movetur calor movet alimentum idest coquit alterat et ab anima movetur et dirigitur alimentum autem movetur tantum et non amplius movet aliquid

In cap. 5m

§. 1º

Absolutâ facultatum aæ vegetantis explicaõne progreditr Arlēs ad exponendas aæ sentientis facultates in hoc cap. cujus duæ commodioris doctrinæ cāā constitui possunt partes in 1ª docet Arlēs sensū eē potentiā passivā in posteriori verò declarat a quonā patiatr et a quo de potestate reducatr in actū

§. 2ª

Quod attinet ad 1ām partem Arlēs dicit objectum imprimere et inurere sensibus sui ipsius imaginē et speciem et hoc ipsa experientiā demonstrat objectum aūt vehemens destruit sensum ut vehementior sonus aures percutiens auditū lædit aut nimius fulgor perstringens oculos visū offendit sic illi qui solē inconnivientibus oculis aspiciunt vel qui per multā nivem longum iter faciunt tanti splendoris occursu visū hebetari sentiunt et objectum igitr agit in sensū neq. aūt sensū lædere objectum posset nisi agendo in illū eiq. aliquid imprimendo quā destrui aut lædi ē pati quidquid autem patitr ab aliquo agente patiatur necesse ē

§. 3ª

Hic notandū 2cē eē passionē unā scilicet corruptivā et alterā perfectivā corruptiva ē quæ ducit ad interitū et perniciē rei ut ē illa quæ fit a qualitatibus iis ad rei interitum disponentibus perfectiva verò ē quæ ô comparata ē ad interitū rei sed ad perfectionē salutē et incolumitatē illius talis ē sensio perficitr enī aal in sentiendo

§. 4ª

In alterâ cap. parte docet Arlēs quid sit illud per quod sensus de potestate reducatr in actū et tota propositæ quæstionis controversiā dirimit 2bus conclusionibus quarū 1ª ita se habet sensitivū ô reducitr de potestate remotā in actū 1m nisi per generans cū quod ōdū habet aām et sentiendi facultatē ô habet nisi ab ipso generante

S. 5.ª

Veritas huius conclusionis patet quia forma non introducitur in subiectum aptum nisi per influxum agentis non advenit igitur anima infunditur in corpus bene dispositum nisi interveniente generatione et quia qui dat formam dat etiam consequentia formam sentiendi facultas non producitur nisi a generante

S. 6.ª

Altera conclusio haec est sensitivum non excitatur de potentia proxima in actum nisi per obiectum nam qui facultatem habet sentiendi et tamen actu non sentit non excitatur ad actum sentiendum nisi per obiectum ut qui visum habet non tamen actu videt non excitatur ad videndum nisi per colorem quemadmodum qui sciam habet nec tamen actu contemplatur ad contemplationem promovetur per obiectum quod eius illustrat effectum

In cap. 6.um

S. 1.ª

In hoc cap. agit Arist. de obiecto sensus nempe de sensibili et illud dividit in sensibile per se et sensibile per accidens sensibile per se rursus dividitur in sensibile proprium et sensibile commune ita ut tria sint sensibilia sensibile per se proprium sensibile commune per se et sensibile per accidens

S. 2.ª

Haec 3.ª sensibilium genera in hoc cap. definitionibus explicantur sensibile proprium bifariam describitur 1.º quod non potest alio sensu sentiri nisi eo cuius est obiectum ut color est proprium obiectum visus quia a solo visu non autem ab alio sensu percipitur 2.º sensibile proprium describitur circa quod non errat sensus ut visus non fallitur circa colorem gustus circa saporem ex duabus istis descriptionibus construi potest integra obiecti proprii definitio hoc pacto sensibile proprium est quod non potest alio sensu percipi nisi eo cuius est obiectum et circa quod non contingit sensum hallucinari

S. 3.ª

Inde colligitur tritum illud in philosophia effatum sensus non errat circa proprium obiectum quod tamen non videtur omnino verum multa enim exempla illud convincunt falsitatis manus si inter illam et nostrum visum rubrum ponatur videtur rubra sic baculus cuius media pars est in aqua altera vero extra aquam fractus apparet sic omnes cibi a febricitante iudicantur amari quae omnia sunt sensuum

hallucinationes

et hallucinationes circa propria obta

§. 4.ª

Ut huic axiomati veritas sua constet sciendū ē obtum propriū unusquisq. spectari posse 1.º secundū genericam et communem rōnē ut si albedo consideret quatenus ē color 2.º considerari posse secundū propriā rōnem et specificam ut si albedo consideret quatenus ē albedo et 3.º spectari posse ut ē in tali situ et in tali subto

§. 5.º

Si 1.º modo consideret sensibile propriū sensus nunquam errat circa propriū obtum ut visus nunquā apprehendit sonū ut colore rāo ē quia nulla potentia excurrit extra limites sui proprii obti si verò sensibile propriū 2.º modo consideret secundū formale et specificā rōnē ñ ē absurdū sensū circa sensibile propriū falli si quod albū ē pt apparere nigrū aut alterius coloris si denique sensibile propriū consideret prout ē in tali situ et in tali subto circa illud quoq. errare pt sensus res enī sæpenumerò aliæ apparent quā sunt rōne situs et subti ut constat de manu baculo et cibis qui febricitanti amari apparent in iis enī error ē nisi rōne situs et subti

§. 6.ª

Notandū etiā ē ut hoc dictū verū sit has 3.es requiri conditiones 1.ª ē ut obtum sit in debitâ distantiâ 2.ª ē ut mediū sit legitime dispositū 3.ª ē ut sensus sit bene dispositus et organū ñ sit vitiatum his adhibitis conditionibus certissimū ē sensū ñ falli circa propriū obtum

§. 7.ª

In eodē cap. explicat Arist. sensibilia communia et dicit sensibile commune eē quod ñ uno tantū sed vel pluribus vel oībus percipit sensibus et deinde 5. talia enumerat nempe magnitudine figurā numerū motū et quietē hæc oia a pluribus apprehendunt sensibus ut magnitudo visu et tactu dignoscit quemadmodū et figura numerus ñ solū visu et tactu sed etiam auditu percipit ñ autem hic intelligendus ē numerus abstractus sed per numerū intelligenda sunt res ut sunt discretæ et discontinuatæ quies etiā et motus pluribus sensibus dignoscunt si per motū intelligas rē ñ permanentē et per quietē rē quæ se permanentē et situ nunquā variant

§. 8ª

Deniq. sensibile per accidens definit Arlis illud quod ñ per se sentit sed quatenus coniungit cū re quæ per se sentit ut video rē albā quia rei albæ v. g. lacti accidit ut sit dulcis ideo nos dicimus videre rē dulcem per accidens tamen res enī dulcis ñ videt quatenus dulcis sed quatenus colorata accidit autē rei coloratæ ut sit dulcis et ita videt quia coniungit cū albo quod per se videt

§. 9ª

Ex his colligit Arlis discrimen inter illa 3ia sensibilium gña differt sensibile per accidens ab aliis quia sensus ñ patit aut movet a sensibili per accidens quatenus ē tale ut visus ñ movet a dulci quatenus ē dulce sed quatenus dulci accidit ut sit albū differt vero sensibile propriū a communi quia sensibile propriū propriè et 1mo sentit et ad id sensus naā suā ordinat ut visus ad visibile commune autē sensibile 2do sentit nec ad illud sensus 1o ordinat

In cap. 7m

§. 1ª

Explicatis his quæ pertinent ad communē sensus rãonē descendit Arlis ad speālē singulorū sensuū tractationē incipit autem a visu quia ē sensus õmn nobilissimus tū rãone obti tū rãone organi tū rãone modi percipiendi rãone obti quia lumē comprehendit quod ē nobilissima qualitas rãone organi quia visus organū ē oculus tā admirabilis autem ē oculi fabrica ut ñ alibi industriæ suæ opes magis commendasse naā videat modo deniq. percipiendi quia res longissimè et celerrimè percipit

§. 2ª

1o autem agit de obto visus in quo autē obtum visus seu visibile consistat uno verbo explicari ñ pt obtum visus 2ex ē unū partiale alterū vero adæquatū partiale ē lux vel color adæquatū ē aliquid innominatū sub se lumen et colorē comprehendens de colore disserit 1o Arlis deinde de luce

§. 3.a

Colorem autem definit illud quod est motivum perspicui in actu idest color est qualitas sensibilis agens per medium actu illustratum ut autem natura coloris melius intelligatur sciendum est ad veri coloris gradum 3ia requiri 1.m est perspicuitas quaedam 2.m opacitas et 3.m lumen requiritur lumen quia color sequitur admixtionem luminis requiritur diaphanum seu perspicuum ut recipiat lumen opacum vero ut retineat lumen igitur in diaphano receptum et opaco retentum transit in verum et realem colorem

§. 4.a

Colore ita ab Aristotele definito accedit Aristoteles ad definitionem medii visus nempe perspicui illudque definit hoc pacto perspicuum est quod non est visibile per se sed per alienum colorem quidquid autem videtur terminatum sit necesse est ac proinde densum et opacum aer igitur illuminatus v.g. non videtur per se quia propter defectum requisitae densitatis in eo non potest defigi aspectus sed tamen per accidens videtur in corporum terminatorum coloribus inter quae et visum interiiciatur aer illuminatus necesse est

§. 5.a

Postea definit Aristoteles lumen hoc pacto lumen est actus corporis perspicui quatenus perspicuum est ideo vocatur actus perspicui quia actus constituit perspicuum et facit esse medium idoneum ut inserviat visui sic enim aer v.g. perspicuus non est nisi illustretur lumine nocte enim est corpus tantum potentia perspicuum actu autem fit tale quando solis luce lustratur sed non simpliciter lumen dicitur actus perspicui sed quatenus est perspicuum idest quatenus est illuminatum et aptum ad discernendos rerum colores

§. 6.a

Postquam Aristoteles ostendit quid sit lumen nunc quid non sit declarat et docet non esse corpus duabus praecipue rationibus quarum 1.a ita se habet si lumen esset corpus cum lumen totum aerem pervadat et penetret duo corpora se mutuo penetrarent et essent simul in eodem loco quod est absurdum 2.o si lumen esset corpus moveretur in tempore diffunditur autem lumen seu multiplicatur in instanti non in tempore ergo non est corpus

In cap. 8.^m

§. 1.^a

Disserit Aristoteles in hoc cap. de 2.º sensu nimirum de auditu et duo praecipuè de illo docet 1.º de sono et soni perceptione multa dicit deinde agit de voce quae est praestantissima soni species

§. 2.^a

Quod ad 1.^am partem attinet praemittit Aristoteles aliquam soni divisionem quod scilicet alius sit sonus in actu et alius in potentia ac proinde quod alia sint actu alia verò potentia sonora hoc autem probatur ex communi usu loquendi dicere enim solemus quaedam esse sonora ut argentum aes ferrum quaedam verò non sonora ut spongiam aut lanam illa autem dicimus sonora non ista quia illa si percutiantur resonant propter duritiem et soliditatem ista verò minime quia mollia sunt et rara

§. 3.^a

Ad soni autem generationem 3.ª requiri docet Aristoteles percussionem scilicet percussum et medium interiectum hoc autem sic demonstrat sonus non fit sine ictu et collisione ad ictum autem et collisionem duo corpora necessario requiruntur unum quod impetat et percutiat et alterum quod impetatur et percutiatur quia verò ictus non fit sine motu rei percutientis et percussae motus autem super spatium aliquod necessario debet fieri ideò ad generationem soni requiritur necessario medium interceptum

§. 4.^a

Ad uberiorem huiusce rei declarationem Aristoteles docet qualia debeant esse corpora ex quarum collisione datur sonus 3.^es in illis requirit conditiones 1.ª est ut sint dura et solida ut metalla ideò quae rara sunt et mollia sonum non edunt ut spongia et lana 2.ª conditio est ut sint laevia et polita non aspera et 3.ª ut sint concava 1.ª harum conditionum ad sonum simpliciter necessaria est duae reliquae non tam necessariae sunt ad sonum quam ad claritatem diuturnitatem et perfectionem soni ex corporibus enim politis et concavis fit maior clarior et diuturnior sonus ex corporibus quidem politis quia melius undiquaque intercipitur aër medius ex corporibus verò concavis quia aër

ad latera corporis cavi citius et facilius alliditur allisus autem
intra cavitatem includitur et retinetur ita ut duplicetur ictus ex
qua ictus iteratione oritur sonus maior et permanentior

§. 5a

Postquam Arist. disseruit de sono recto agit postremo de sono
reflexo qui vocatur Echo et illius generatione sic describit sonus
ex aeris interceptione et percussione genitus quoquoversum
diffunditur secundum omnes loci dimensiones donec incurrat in corpus
aliquod durum et densum quod sono seipsum propaganti et diffundenti
renitatur ad illud corpus sonus allisus redit et reflectitur
ad locum unde profectus est ita ut audiri possit

§. 6a

Hoc autem hac similitudine declarat si lapillus coniiciatur in
aquam statim in aqua suboriuntur circuli quidam qui late huc
et illuc diffunduntur donec ad corpus aliquod densum perve-
nerint qualia sunt vel latera alicuius putei vel ripa fluminis
ad illud incurrentes illi circuli redeunt et reflectuntur ad locum
unde profecti sunt sic sonus orbiculatim diffusus ad corpus
aliquod durum et densum allisus ad locum unde venit remittitur
ut pila a pariete repercussa redit et resilit per eandem
lineam ad locum unde profecta est

§. 7a

Deinde Arist. ostendit quomodo auditus afficiatur a sono et
intra (inquit ille) aurium concavitatem continetur aer quidam
inclusus auribus connaturalis qui cum aere externo conti-
nuatur in illo aere recipitur sonus qui a corpore sonoro pphe
aeris externi et interni continuatione ad interiores usque aurium
anfractus diffunditur et multiplicatur

§. 8a

In altera huius cap. parte de voce praestantissima soni specie
disserit Philosophus et 1o ponit vocem esse sonum animalis (sonus) est genus
(animalis) differentia coarctans et vocem distinguens a sonis rerum
inanimatarum quia vero non omnia animalia vocem edunt sed tantum ea quae
respirant ideo aliam differentiam addit vocem scilicet esse sonum animalis
respirantis indeque concludit pisces vocem carere quia non habent
usum respirationis si dicas quosdam esse pisces ut pisces Acheloi
fluminis qui vocem emittunt Resp. Arist. hanc non esse vocem
sed sonum quia non fit iis instrumentis quae ad vocem concessa
sunt a natura

§. 9a.

Hinc colligitur perfecta vocis definitio hoc pacto vox ē sonus aālis factus ab āere per respiratiōe attracto

In cap. 9um.

§. 1a.

Odoratus a visu et auditu dignitate vincitur gustū tamen et tactū nobilitate praecedit idcirco post doctrinā de visu et auditu jure merito subiungit Arlis tractatū de odoratu

§. 2a.

Huius autem cap. de odoratu 3es constitui possunt commodioris doctrinae cā partes in 1a comparat Arlis odoratum cum aliis sensibus quod ad facilitatē vel difficultatē sentiendi quod ad acrimoniā vel hebetudinē 2o. disputat de speciebus odoris qui ē obiectum olfactus et 3o. de odoratu et medio differit

§. 3a.

Quod ad 1am partē attinet monet Arlis difficilius ēē odoris naam et essentiā cognoscere quā coloris vel soni rao ē quia hoo mediocrē et hebetiorē habet odoratū quā reliqua aālia ō enim percipit odores hoo nisi cū voluptate aut molestia quod signū ē odores ō percipi nisi fortes et acres ac proinde exquisitū ō ēē aut subtilē in hoibus odoratū

§. 4a.

Hoc explicat Arlis hac similitudine quemadmodū sunt aālia quaedā quae duros habent oculos ut pisces et locusti et huiusmodi aālia ō vident nisi obiectum vehemens quod vel gau dium incutiat vel terrorē incutiat sic hoīes remissos odores ō sentiant sed fortes tantū et vehementes qui vel voluptatem adferunt vel molestiā

§. 5a.

Si huiusce rei raonē queras Rsp. hoīem odoratu minus valere quā reliqua aālia quia odoratū habet humidissimū et frigidū unde cum odores in sicco et calido consistant frigidissimū et humidissimū odorandi sensorium quale ē hoīs propter propinquitatē et affinitatē quā habet cū cerebro affici ō potest nisi a summo sicco et calido ac proinde nisi a vehementibus et fortibus odoribus unde qui

Reumat eni catarrho laborant propter humiditatem nimiam a cerebro in odoratum defluentem vix ullos percipiunt odores

S. 6.a

In 2.a huiusce cap. part. per analogiam et similitudinem ad sapores tanquam notiores et faciliores nobis odorum species investigat Aristoteles quemadmodum Ex. sapor alius est dulcis alius amarus qui sunt extremi sapores ita quoque odores alii dulces sunt alii vero amari ut autem inter dulces et amaros sapores positi sunt intermedii quidam ut acer et austerus ita quoque dicendum de odoribus

S. 7.a

In 3.a huiusce cap. part. de medio odoratus disserit per quod odores ad odoratum usque traiiciuntur dicitque tale medium esse 2.ex nempe aerem et aquam aerem olfactus medium esse hoc est per aerem ad olfactum usque deferri rerum odores manifestius est quam ut probatione indigeat quod vero in aqua fiat odoratus pr. Aristoteles quia certum est pisces in aquam olfacere odorem cum allecti pisces ad escam feruntur

S. 8.a

Hic quaerit Aristoteles cur omnia animalia similiter et eodem modo non olfaciunt ... percipiant odores nam certum est eodem modo non olfacere homines cum inspirando olfaciunt cum autem spiritum retinent aut cohibent non olfaciunt sed animalia quibus non est concessus ... ut pisces exsanguia animalia per inspirationem aerem attrahendo olfacere non possunt

S. 9.a

Deinde monet Aristoteles ... ab organi et sensorii diversitate nasci quod explicat hac similitudine duris oculis praedita ut sunt pisces et locustae oculos habent semper apertos et quasi in propatulo quia nullis teguntur palpebris at vero alia animalia quae molles habent oculos palpebras habent propter animalia quae duros habent oculos vident statim sed reliqua tamen quae duros habent oculos vident statim sed reliqua non vident nisi attollant palpebras si animalia quae respirant habent sensum odoratus quodam quasi velamine et operculo tectum ideo non olfaciunt nisi inspirando velamen illud tollatur sed animalia quae respiratione carent sensum odoratus habent nullo operculo tectum aut velatum ideo statim olfaciunt nec opus habent aeris inspiratione

In cap. 10.^m

§. 1°.

In hoc cap. agit Aris de gustu et 4.° de illo precipue docet 1.° agit de medio gustus 2.° de obto 3.° de organo et 4.° de obti speciebus

§. 2.°

Quod attinet ad 1.^m probat Aris gustu ō indigere medio exteriori quia tactile tali medio ō eget sed gustabile ē quoddam tactile et gustus ē quidā tactus quod vero gustabile sit quoddā tactile sic probat humidū ē tactile quoddā sed gustabile sive sapidū ē humidū aliquod Ergo gustabile seu sapidū ē tactile aliquod

§. 3.a

In 2.a parte monet Aris quemadmodū visus et reliqui sensus obtum percipiunt et privatione obti ut visus lumen et tenebras auditus sonū et silentiū sic gustū percipere gustabile et ingusta=bile

§. 4.a

In 3.a huius cap. parte disserit Aris de organo gustus docetq. organū gustus humidū potestate ō vero actu eē, rao ē quia organū debet denudari qualitatibus obti proprii ut oculus a coloribus aer illi auribus ingenitus a sono sed obtu sapidū ē humidū cū sapor in humore consistat Ergo organū gustus ō debet eē humidū actu debet autem eē humidū potestate quia debet immutari a gustabili quod actu humidū ē

§. 5.a

per humidū hic intellige humidū sapidū quo denudari debet instrumentū gustus lingua enī aliquo sapore praeoc=cupata vix iudicat alios sic aegrotantis linguae cui infecta amaror a morbo oīa videntur amara ō autem hoc illigendū ē de humido aqueo quo perfusa ē lingua debet enī saliva humectari ad sapores percipiendos

§. 6.a

Quodnā aut sit organū gustus tacet Aris sed nos dicimus linguā eē propriū gustus organū quamvis in acumine

seu cuspide linguae maxime vigeat gustus quod si gustum ipsum extendi velis usque ad palatum et gulam non multum renitimur cum ipse Arist. in lib. 4.o de partibus animalium c. cap. 11.o asserat edulentorum omnium voluptatem in deglutiendo contingere ac proinde saporem ipsum in gula adhuc percipi dummodo tamen teneamus principalius gustus organum esse linguam imo et illius acumen

§. 7.a

in 4.a et ultima huius cap. parte enumerat Arist. saporum differentias et species sapores alii sunt extremi ut dulcedo et amaror alii vero medii ut acre acidum austerum et acerbum

In cap. 11.um

§. 1.a

4.º quaeritur a quonam producantur species intentionales sensibiles Resp. produci ab obiectis in medio bene disposito et intra sphaeram activitatis eorum constituto quod sic illustratur sicut ignis intra sphaeram suam vim habet producendi calorem in subiecto idoneo et corpus luminosum diffundendi lumen ita etiam existimandum est obiecta sensibilia vim habere ad producendas suas species in subiectis aptè dispositis et intra eorum sphaeram constitutis et sic colores in medio bene disposito speciem suam producere sapores suam et sic de caeteris

§. 12.ª

At hoc non videtur esse verum quia species sensibiles multò nobiliores sunt quam obiecta a quibus transmitti dicuntur non ergo ab iis gigni possunt alioquin effectus causam sua dignitate vinceret pr. vero species esse nobiliores obiectis quia hae species mediae naturae sunt inter materialia et spiritualia accidentia utpote defaecatioris materiae quam illa et crassioris quam ista Resp. negando species esse nobilioris naturae quam obiecta quae illae repraesentant et a quibus effunduntur reverâ enim color perfectius aliquid est quam eius imago et propterea hanc rationem esse imaginum intentionalium de diminutum et imperfectum nuncupatur nec species absolutè dicendae sunt formae mediae inter materialia et spiritualia accidentia quasi inter illa medium dignitatis gradum obtineant sed quia aliquantulum emergunt è materia et non cadunt sub sensum ut ea quorum similitudines sunt et tamen ad spiritualem naturam non pertingunt

§. 13.ª

5.º quaeritur in quonam sint illae species tanquam in subiecto Resp. esse in medio et in organo subiectivè at (inquies) sequeretur inde accidens migrare de subiecto in subiectum Resp. negari illud inde non sequi quia species producta in subiecto non migrat per partes medii ita ut 1.º sit in unâ parte deinde in alterâ

sed diffunditur simul et semel per totum medium sicut lumen a luce producitur uno veluti momento extenditur per totum aerem Ex. una et eadem numero species est in medio et in organo et cum recipitur ab organo non desinit esse in medio

§. 14a

2o videtur illud fieri non posse ut eadem species sit in medio et in organo sic enim accidens unum numero esset in pluribus subiectis Resp. nihil incommodi esse dicere accidens aliquo modo spiritu: ale posse esse in pluribus subiectis partialibus quae sibi invicem continua et contigua sunt

§. 15a

Denique quaeritur an species sensibiles et intentionales etiam a sensibus percipiantur v. g. an species coloris ab oculo videatur sicut ac color ipse Resp. species nullo pacto a sensibus percipi quia nihil est q. visu percipitur nisi coloratum et luminosum species vero visibiles nec sunt coloratae nec luminosae sed tantum coloris et luminis repraesentativae

§. 16a

At (inquies) interposito vitro quodcumque ultra illud intuemur videtur eodem affectum colore nec tamen verus ille color est Ex. tantum erit species et imago coloris quae visum terminabit et sic ipsa species sensibilis percipitur Resp. colorem qui videtur in rebus ultra vitrum existentibus in illis reipsa non esse sed esse ipsius vitri colorem quem tamen visus in alio subiecto cernens sic judicat quod mirum videri non debet cum sensus plerumque errent in ap: plicatione subiecti ad locum

Quaestio 2a

De numero sensuum externorum et inter illos ordine

§. 1a

In praecedenti quaest. materia de speciebus sensibilibus valde abs: trusa et multis involuta difficultatibus a nobis fuit exposita nunc agendum de sensibus externis 1o in hac quaest. horum numerus est indagandus

§. 2ª

Asserimus 5ᵉ ee sensus externos nec plures nec pauciores nempe visum auditum olfactum et tactum hic ~~tamen~~ autem numerus 1º ostenditur ex quibus sensibilium 2º. ex 5ᵉ sensus organo quaenam autem sint illa sensibilia quaenam etiam organa ex compendio nostro physico constet

§. 3º

Contra hunc numerum hoc obiici 1º gustum non distingui a tactu sed ee tantum tactus speciem atque ita inde sequi 4ᵒʳ ee tantum sensus externos Resp. gustum non distingui a tactu late et communiter sumpto sed stricte et proprie hoc enim modo ponitur tactus tanquam diversa facultas a gustu ob diversum obiectum formale

§. 4ª

2º. Si 5ᵉ essent sensus externi illi in singulis animalibus existerent sed aliter se res habent nam talpa visu carent itemque Balena si fides adhibenda sit Plinio lib. 9º de hist. anim. cap. 12º etc. Resp. quamvis anima sentiens in omnibus animalibus existat non tamen opportet necesse ee ut in omnibus illis suas omnes facultates exerceat quia in omnibus illis non reperit organa disposita v. g. in talpa organum visus quare ut 5ᵗᵘᵐ externorum sensuum numerum retineamus satis est quod in aliquo animali illi 5ᵉ sensus reperiantur et in nullo plures sint

§. 5ª

Quod spectat ad sensuum inter se ordinem 2ᵘˢ praesertim ordo inter illos cernitur unus necessitatis et alter dignitatis ordine necessitatis praecedit tactus deinde gustus olfactus auditus et visus contra vero ordine dignitatis praecedit visus deinde auditus et postea olfactus gustus et tactus ceteros omnes longe antecellit visus tum ob admirabilem organi fabricam tum ob nobilitatem obiecti tum etiam modum percipiendi obiecta qui omnium promptissimus et celerrimus est

Questio 3ª

Quomodo fiat visio an per emissionem radiorum ex oculo an vero per specierum receptionem

§. 1ª

Hactenus de sensibus externis in communi nunc de singulis

quæst. pertractanda sunt et 1° de visu ut omnium nobilissimo et hæc 1° quæstio exagitanda an visio fiat per extramissionem idē an aliquid ab oculo emittatur et foras producatur ad obiecta visibilia an verò visio fiat per intromissionē ita ut nihil ab oculo emittatur sed ad ipsū ab obiectis aliquid amandetur ipseq; sit receptaculū specierum visibiliū

§. 2ª.

Plato in Timæo docuit affectū ē affici imagine aliquā a re visā effluente sed emicare ex oculis lucē quæ unā cum lumine externi aëris obiectum quasi manibus prehendat ipsumq; suo contactu divisibile efficiat tū verò refundi eū lucem ad oculū affectā alteratione alterati visibilis et ubi in pupillā insederit fieri visione

§. 3ª

Contrariā sententiā nos tenemus dicimusq; visionē n̄ fieri per radiorū ex oculis emissionē sed per specierum receptionē hancq; sententiā 1° variis Aris authoritatibus confirmamus 2° quibusdā rationibus stabilimus quod ad 1m Aris in cap. 7° lib. 2i. de aīā textu 67° et lib. 3° cap. 12° et in lib. de sensu et sensili cap. 2°. in his inquā oībus locis asserit visionē tanquā fieri per specierum receptione

§. 4ª

Variis his Aris authoritatibus quasdā ad illud confirmandū rationes addamus 1ª ita se habet credibile ō ē ex tam exiguā pupillā tantam exilire lucem ut obiectum ingentis magnitudinis utpote cælum colluster illudq; faciat divisibile imò hoc ē prorsus impossibile

§. 5ª

2° lux illa ex oculo egressa ad obiectum v. g. ad cælū perducta usq; ad oculi pupillā resilire ō pt cum solares radii longè validiores sint ut tamen a terræ densitate repercussi ad mediā usq; aëris regionē reflectuntur

§. 6ª

3° si spiritus visivi ex oculo emitterentur sequeretur ex hac continuā spirituū ab oculis consumptione et effusione corpus debilitari oīaq; vires enervari rō cons. ē quia in qualibet aliâ spirituum effusione ut v. g. sectione venæ id contingit

§. 7ª

4° si ex oculis nostris manet lumen quo apprehendantr obta illud lumen diurno lumine aut fortius ē aut infirmius fortius ee nequit quia ō datr maior fulgor quā solis si sit infirmius ubi currit quod aliis obtus conuire manifestum ē ut dia parua lumina a magnis offuscantr et ob id interdiu ō luceant. nocte autem videntr. quia a nullo maiore lumine opprimuntr sic Er. nihil interdiu videremus

§. 8ª

5° quidquid subtum destruit id ab eodē subto recipiatr necesse ē at nimis excellens aspectabile perimit instrumentū visus Er. ab instrumento visus tanquā subto recipi debet

§. 9ª

Denique cū alii sensus percipiant sua obta patiendo ō agendo quidni idē dicamus de visu cum omnium sensuū videatr par ee rao pt. verō reliquos sensus percipere obta sua patiendo quia cum audimus olfacimus gustamus et tangimus nihil emittimus ad sensilia sed potius sensilia emittunt aliquid ad sensus sic cum vox venit ad aures aēr odore infectus ad nares res sapida ad linguā et res tactilis ad tactū

§. 10ª

Superest ut quibusdā angustiis quae contra sententiam nostrā afferuntr breviter Resp. 1° si visio fiat recipiendo speciem in oculum etiā magnitudo recipiatr necesse ē at hoc ē absurdū et fieri nequit quomodo enī v. g. magnitudo montis adeo angustae pupillae foramine recipi pt Resp. ō percipi ipsā montis magnitudinē materialem ō enī per foramen tā paruum quantū pupilla ē recipi pt sed eius imaginē et speciem quae aliquo modo immaterialis et spiritualis ē

§. 11ª

2° res imposita pupillae ō videtr idque propterea accidit quia radius impeditr quominus extra sese effundat Er. visio fit per emissionē radiorū Resp. hanc ō ee raonē sed mediū illustrari debet ad deferendā speciem

§. 12ª

3° verisimile ō ē imagines innumerabiliū pene rerū quas uno ictu videmus simul oculis illabi et tā exiguam pupillā tantam

influentium imaginum copiam habere quin se mutuo perturbent et impediant praesertim cum nihil sit quod eas componat et distinguat ne perturbatam congeriem habeant Resp. has species sibi impedimento non esse posse nec se degravare nec sua mole aut contrarietate se excludere cum non sint corpora nec contrarium habeant nec se perturbare quia ubicumque existunt nam suam distinctionem et significandi vim retinent

§. 13°

4° Si visus non fieret per extramissionem nulla animalia nocte aliquid cernerent atqui multa animalia cernunt in tenebris feles enim v. g. nocte vident et mures apprehendunt Ergo cernunt extramittendo Resp. felium oculorum substantiam esse aliis oculis lucidiorem proinde aptiorem ad recipiendos et videndos colores quod vero mures capiant causa est praecipue odoratus qui in illis est acrior

§. 14ª

5° Si visus extramittendo non fieret nullum animal videndo laedere et interficere posset at plura animalia quaedam videndo perimunt v. g. basiliscorum radii optici venenati emissione laedunt et interficiunt teste Plinio lib. 8° cap. 20° Resp. si hoc verum sit de basilisco non spiritu ab oculis manante sed venenato quodam vapore ab ore egrediente et in aerem evectato hoc interficere

§. 15ª

6° radios ex oculis prosilire iudicant per specilla illorum quibus visus acutus non est nam admota oculis radios debiles firmant ac deducunt ulterius Resp. specilla illa fungi munere oculi et imagines obiectorum recipere

§. 16ª

Denique adferuntur duo loci ex Aristotele deprompti 1us depromptus est ex 3° Meteorologico ubi agens de Iride pareliis et virgis dicit fieri refractionem visus cum radiorum visualium et ita fatetur visionem fieri per emissionem radiorum ab oculo per rem visam 2m testimonium desumptum est ex 3° lib. de caelo cap. 2° hic cum rationem adfert cur quidam nuncupatus Antiphon propriam suam imaginem in aere tamquam in speculo cerneret causam esse ait quod ob visus infirmitatem visuales radii in propinquo aere essent fracti unde illi erat aer pro speculo a quo radii visivi reflectebantur Resp. in his locis Aristotelem non ex sua sed ex aliorum loqui sententia cum enim Aristotelis tempore opticorum doctrina de modo videndi notissima esset et quam vulgares etiam hanc sequerentur ipseque suam nondum tradidisset in doctrina Meteorologica

ad Iridē et alia Meteora declaranda cā retinere maluit quā suam profiteri opinionē in lib. autem de sensu et sensili et in aliud locis antea laudatis ubi ex professo hanc pertractat materiam suā cumq; veriorem sententiam aperit

Quæstio 4ª
De medio et obiecto visus

§. 1ª

Hactenus de modo quo visio fit egimus nunc de medio et obiecto visus dicendū ē et 1º de medio quod ē perspicuum perspicuū autē ita ab Arist. definitur perspicuum ē quod ñ sub proprio sed sub alieno cernitur colore

§. 2ª

Ut hæc definitio perspicui perspicua reddatur sciendū ē perspicuum bifariam sumi apud Aristotelem 1º pro quolibet corpore transparenti qualia sunt aer aqua quod vocari solet perspicuū indefinitū sive interminatum quod nimirū aspectus in illius extremitate ñ subsistat sed ulterius videndo commeet ac totū pervadat 2º. sciendū ē perspicuum accipi pro corpore quod lumen in se habet nec tamen translucidū ē ob admixtā videlicet densitatem ideoq; terminatū dicitur cuiusmodi sunt astra cæteraq; res coloribus imbutæ

§. 3ª

Rursus advertendū ē perspicuū secundū priorē rationem 2ª esse unū quod proprio lumine collucet alterū quod alieno Aristotelis in illâ perspicui definitione complexus ñ ē perspicua terminata quod hæc traiiciendis ad oculū speciebus minimè inserviant nec oīa perspicua interminata sed ea tantū quæ ab externo corpore lumen accipiunt et interdū lustrata sunt interdū vero ñ ut aer aqua Chrystallus vitrū aliaq; id genus

§. 4ª

Hæc de perspicuo quod mediū est visus exsistit nunc de obiecto illius quotuplex ē nempe lumen et color lumen ita definitur ab Aristotele lumen ē actus perspicui quatenus ē perspicuū hæc definitio ut clara sit lumine indiget lumen 1º dicitur esse actus quia ē forma quædā accidentaria subiectum actuans et perficiens 2º. dicitur actus perspicui interminati quod ñ in exteriori tantū superficie lumen suscipit sed illud oīno imbibit ita ut aspectui se penetrari sinat ut sum

vitrū āer aqua aliaq; corpora per quæ lumen ad oculū meat
præterea sciendū ē aliud ēē perspicuū potentiā et aliud actu
perspicuū potentiā vocatꝫ quod licet nullo lumine perfundatꝫ
ad illud tamen imbibendū potentiā retinet tale perspicuū ē v. g.
āer in media nocte et profundā caligine perspicuū verò actu
diciꝫ quod se toto lumē recipit ut cum idē āer radiis solari
bus ē collustratus hic perspicuū in actu īteligendū ē ita ut hic
sit sensus huius definitionis lumen ē actus corporis actu tran:
sparentis quatenus ē transparens

S. 5.ª

Quod attinet ad colorē sciendū ē Aristotelem duas definitiones
coloris attulisse 1.ᵃᵐ in lib. 2.º de āiā cap. 7.º hoc pacto color ē
motivū perspicui in actu 2.ᵃᵐ in lib. de sensu et sensili cap. 4.º
hoc modo color ē terminus perspicui in corpore terminato prio:
ris definitionis hic ē sensus color immissione specierum immutat
quod actu perspicuū ē posterioris verò talis sensus ē color ē in
superficie corporis quod transluscidū n̄ ē v. g. parietis

S. 6.ª

Contrà utramq; definitionē quædā afferuntꝫ quibus breviter
Resp. contra 1.ᵃᵐ afferꝫ instantia desumpta a luce solis et
reliquorū sydꝫrū quæ movet actu perspicuū cū per ipsū ima:
ginē suā ad aspectū emittat neq; tamen lux color ē Resp.
colorē movere perspicuū actu n̄ tamen vī habere ad faciendū
actu perspicuū quā vī soli ac reliquis astris inēē constat color
igiꝫ et lux in hoc differunt quod lux facit ut perspicuū sit actu
perspicuū color verò supponit illud perspicuum ēē tale actu ut
illud movere possit

S. 7.ª

2.º videꝫ quod hæc definitio n̄ conveniat oī colori et per conse:
quens n̄ sit bona n̄ convenit enī colori atro nā color ater ē
privatio candoris sed privatio ē expers activitatis n̄ pt igitur
movere perspicuū Resp. Aristotelem colorē atrū vocasse privationē
abusu vocabuli quia si nigredo cū candore conferatꝫ quasi
privatio illius ē propterea quod sit deterioris notæ sic enī Aristoteles
ē duabus speciebus eā quæ ab aliā dignitate superatꝫ nuncupat
3.º contrà posteriorē definitionē afferꝫ illud nempe colorem
cū oriatꝫ ex permixtione 1.ᵃʳū qualitatū quæ corpus totū permeant
n̄ in extimā tantū superficie sed in intimā etiam residere

Resp. quamuis color in solâ superficie ō sit in superficie tantū videri et hic definiri ut ē visibilis

Quaestio 5ª

an visio fiat in humore Chrystallino

§. 1ª

Quidā inter quos fuit Avicenna existimant visionē fieri in congressu nervi optici nos verò visionē 1º in oculo fieri dicimus 2º in humore oculi qui chrystallinus dicit͂ȝ praeserti͂ visionem fieri affirmamus quia hic humor ē in medio omniū aliorū humorū collocatus cuiq; laeso amittit͂ȝ visio 2º haec pars oculi maximè splendida et conspicua ē et nullo proprio colore affecta quoad videndi actionē apprimè inservit

§. 2ª

Qui verò visionē in humore Christallino fieri negant et in nervi optici congressu perfici affirmant hic utunt͂ȝ rationibus 1º humor christallinus ē coloratus cum sit corpus vivum atq; adeò constans 1arū qualitatū permixtione quā color necessario sequi videt͂ȝ ō pt igit͂ȝ esse idoneū visus instrumentū pr. cons. quia alioquin perpetua in oculis hallucinationes contingerent siquidē nobis omnia eo colore affecta apparerent sicut qui per viride intuent͂ȝ vitrū omnia viridia existimant Resp. ō universaliter ex qualibet 1arū qualitatū permixtione colorē oriri sed in iis tantū corporibus in quibus opacū et densū affatim abundat humorem verò Christallinū ō ita se habere sed rarū et translucidū esse

§. 3ª

2º. quod visio in nullâ oculi parte fiat hunc in modum pr. saepe accidit integro oculo et nullomodo laeso utpláq; imagine ō videri a nobis rem praesentem hoc aut͂ nequaquā eveniret si visio in oculo perficeret͂ȝ, quia cū ea actio naalis sit positâ caā ō impeditā ex câ confestim dimanaret effectus alia igit͂ȝ facultas interior in quâ visio fiat danda ē Resp. cum aa aliis rebus nimis intenta ē ita ut nullomodo rem visā advertat ō dari visionē quia ō dat͂ȝ integra illius caā deficiente videlicet applicaõne illius facultatis ex quâ videndi actio manat

§. 4a

3°. adspectus fit in congressu nervi optici ē igitur in oculis pr. vero in tali congressu fieri quia nisi in ea nervi coniu:gatione perficeretur deberent nobis gemina apparere ea quae sim:plicia sunt utpote per geminatam visionem a 2ce imaginem conspecta Resp. hanc ē esse ratione experientia cui compositum ē etsi illi nervi dissocientur ut aliquando accidit simplicia ō videri gemina quod vero illud experientiā constat patet ex Vesalio qui cap. 4°. lib. 4i. de fabricā corporis humani quendam se dissecuisse dicit cuius nervi visorii a cerebro ad oculos usq; divisi pervenirent qui tamen geminata ex simplicibus internoscebat Resp. itaq; licet in utroq; oculo rei visibilis sit perceptio in oculis tamen de sensibilibus ō fieri iudicium sed in ipso cerebro sensum communem residentem de his censere a iudicare sic autem cum unicus sit unicus etiam spiritus a alius quo tanquam organo utitur rem visibilem utroq; oculo apprehensam unam a ō gemi:natum iudicat alii Resp. licet duae sint oculorum acies utrumq; tamen terminari ad idem punctum rei visibilis ita ut ab illo ad utriusq; oculi centrum recta lineae porrigantur

Vesalio

Quaestio 6a

Complectens varias quaestiones de auditu nempe de obiecto auditus vide:licet sono de medio nempe de aere aut aquā a de organo scilicet aere innato et congenito

§. 1a

Sub hoc titulo varia de auditu comprehenduntur quaestiones ē. quaeritur quaenam sit potentiae audiendi praestantia Resp. inter sensus externos 2m dignitatis locum auditum obtinere certissimum quidem ē visum eos alios sensus antecellere sed post visum indubitatum ē auditum aliis sensibus praestantiorem esse revera magna ē auditus praestantia is cum auditus disciplinae caelestis fidei capessendae inservit siquidem fides ex auditu ē auditus vero ex verbo Dei ut apostolus Paulus cap. 10° ad Rom.

nos doctos vult

§. 2ª

2º. ea quae auribus excipiuntur vehementes affectus movent praesertim si numeris musicis constent cuius rei inter alia exempla e illud Pythagorae qui iuvenem phrygio modulo (quod harmoniae genus erat) ad continentiam flexit legimus aut tibicinem de mensâ prosilire et arma poscere fecisse Alexandrum magnum quod plus e sacra scriptura testatur malum spiritum a Saule recessisse quoties audiret Davidem citharâ canentem 3º. cond: ucit plurimum auditus ad artes et scientias comparandas hac ratione cum Aristoteles lib. de sensu et sensili auditum disciplinae sensum vocavit

§. 3ª

2º. quaeritur quomodo fiat sonus obiectum auditus Resp. fieri ex collisione duorum corporum soliditate et duritie quadam praeditorum sonus enim non est ipse motus illorum corporum quando enim Aristoteles sonum nuncupavit motum illud ita e intelligendum sonum fieri ex motu nuncupavit motum illud ita e intelligendum sonum fieri ex motu renovatur enim sonus non potest esse motus motus enim est sensibile commune pluribus percepti sensibus at sonus solo auditu percipitur per se deinde motus et sonus habent essentiales differentias et species diversas Ev. non sunt idem quod vero habeant essentiales differentias et species diversas patet quia motus non dicitur acutus et gravis at sonus

§. 4ª

tandem dicendum est sonum fieri ex motu duorum corporum et illorum collisione sed hoc non videtur semper esse verum nam auriga flagello et virgâ aerem percutiunt et sonum excitant neque tamen duo corpora solida tunc colliduntur Resp. ex motu violento qui virgae aut flagelli aerem qui alioquin tenuis e in angustum locum trudi et praeter naturam condensari et quivis resistit habet rationem solidi et percuti virgâ autem esse corpus percutiens alterum vero aerem qui non ita condensatur sed qui e circa condensatum et habet rationem medii in quo fit et recipitur strepitus

§. 5ª

3º. quaeritur quodnam sit soni subiectum Resp. soni subiectum non esse aliquod corpus soni efficiens sed ipsum medium ratio haec e quia si sonus

ēēt in sonante cū 2.ex sit sonans vel sonus ēēt in uno vel
in utroq; ō in uno cū ō sit maior rāo quare potius in illo
quā in altero sit ut cum duae manus se percutiunt ō in
utroq; simul quia sonus ē ē unū accidens simplex quod
in diversis subiectis ēē ō pt. ait Ev. in corpore medio

§. 6.a

4.o quaeritur quomodo fiat Echo Resp. quod ō Echo fiat hoc
pacto āēr repercussus per idē spatium per quod progressus
fuerat revocedit ad locū sonantis quemadmodū pila lusoria
proiecta ad parietem resilit ad proiicientē vel ut in angustis
fontibus circuli ab iniecto lapillo excitati cum in parietem
aut ripā impingunt reflectuntur ac retro meant versus centrū
contrario motu 1.mi motui

§. 7.a

5.o quaeritur quodnā sit auditus mediū Resp. ēēm āērem tū aquā
ut docet Arist. in lib. 2.o de aā textu 79.o de āēre quidem
plana res ē de aqua vero etiā constat quia pisces sub aqua
audiunt cū vocibus terreantur imò et silentiū piscatoribus
marinus et quin etiā scribit Plinius lib. 10.o naturalis historiae textu 70.
pisces plausu congregari solitos ad cibū in quibusdā vivariis
et in piscinis Caesaris tū grā pisciū tū etiā singulos ad
nomina venisse deinde Delphini ō audire tantū sed etiā
symphonia cantus mulceri dicuntur sciendū tamē hic ē ex
Arist. in problematibus secti 11.a multò liquidius faciliusq; sonos
per āērem traduci quā per aquā obtunduntur cū et obturantur
crassitudine aquae sed videtur quod āēr et aqua ō sint tantū
media auditus nā terra etiā tale mediū ē talpae cū sub terrā
audiunt Resp. talpas per āērem in terrae poris inclusū audire

§. 8.a

Denique quaeritur quodnā sit auditus organū Resp. āērem
congenitū auribus membrana inclusū ne foras expiret neve
externis iniuriis pateat ēē verū ac propriū audiendi instru-
mentū illudq; 1.o Arist. authoritate confirmamus qui in
2.o lib. de partibus animalium cap. 1.o id disertis verbis asserit
deinde sicut id quod potissimū recipit et transmittit sonos ē
elementū aeris ita ad eosdē secundū ēē intentionale recipiendos
maxime idoneus ē praedictus āēr nobis insitus

§. 9.ª

Sed obiicit aliquis vel ille aer aurium meatibus inclusus est eiusdem naturae cum elemento aeris vel alterius si eiusdem non est aptus atque adeo auditoriam potentiam informari non potest si diversae non igitur ad recipiendas sonorum species idoneus est Resp. ad audibiles species recipiendas non necesse esse sensorium auditus esse eiusdem naturae cum aere elementari sufficit enim quod cognatio et convenientia sit in raritate et subtilitate.

Quaestio 7.ª
De olfactu

§. 1.º

hic etiam varia de odoratu moventur questiones 1.º quaeritur unde gignatur odor qui est olfactus obiectum Resp. odorem resultare in mixtis corporibus ex 1.arum qualitatum commixtione dominante siccitate calorem humidum decoquente et excitante

§. 2.ª

1.º certum est odorem nasci ex siccitate dominante arguto est 1.º quia constat aridos et fervidos terrarum tractus ut Arabia et Sibiae optimorum odorum esse ferracissimos item quod res odorifera si nimium humectentur odorem amittunt ideoque in Ægipto flores minime odorati sunt quia incubat illis roscidus et nebulosus aer a Nilo flumine et econtra rosa sereniis diebus collecta maiorem odoris fragrantiam reddit

§. 3.ª

2.º ut odores gignantur diximus calorem debere humidum decoquere verum non est odor nisi caloris vis accedat quae quasi dilueat humidum et attenuat hac causa est cur allia iuxta rosas consita eas magis odoratas reddant videlicet quia solum calfaciunt et exsiccant atque ita odorem promovent experimur etiam aquam rosarum stillatitiam dum igne sensim incalescit halitum spirare suaviorem

§. 4.ª

Contra dicta hoc obiici potest in eadem cibi parte reperiri simul saporem et odorem Ergo in odore vel non debet praedominari siccitas vel in sapore non praedominatur humiditas alioquin in eadem subiecti parte simul praedominarentur siccitas et humiditas Resp. si contingat

cibū et saporē et odorē exhibere habiturū necessario partes sicciores et humidiores atq; secundū sicciores odores efflaturū secundū vero humidiores sapores emissurū

§. 5.ª

2.º queritz quodnā sit odorū mediū Resp. illud mediū 2.ᵉˣ ee nempe aerē et aquā quod 1.º ostendimus Arist. authoritate lib. 2.º de aā cap. 9.º et lib. 4.º de aal. cap. 8.º 2.º speciatim illud probamus 1.º de aere 2.º de aqua aerem ee odoris mediū ex eo patet quod terrestria volatiliaq; aīalia per aerem odores captant quod vero etiā aqua mediū sit constat ex piscium in aquis odoratu compertū cū ē pisces esca antiqua eā comedant olfactu explorare narratz etiā Polypum quum a saxo cui adhaerescit divelli nequeat sed tunc cedere potius se patiatz herbae cuiusdam Pulicariae dictae proximus resilire odore

§. 6.ª

At (inquies) quomodo aer et aqua sunt idonea media odorum cū odores fiant sicco et calido dominante aer autem sit humidus et aqua frigida Resp. ad primeuā odorū productionē requiri calidū et siccū ē vero ad eorū traductionē

§. 7.ª

3.º queritz quodnā sit olfactus organū Resp. odoratū ē residere in cerebri ventriculis 1.º quia cerebri substantia ē apta ad muniā exteriorū sensuū obeunda neq; etiā ee in naribus per nares expanso quia nariū nervi sunt instituti ad tangendi ē olfaciendi munus ad eandē ē requirunt tactus et olfactus temperiem nequ etiā residere dicimus in osse illo foraminoso quod etiamsi et multis foraminibus pateat duos tamen habet meatus insignes duobus nasi foraminibus respondentes quod ob ppter similitudinē quā cū spongiā et cribro obtinet et cribrū et os spongiosū dici consuevit ratio cur in hoc osse odoratus ē sit haec ē quia ossa ppter concretionē terrestrem aut nihil aut vix sentiunt

§. 8.ª

Dicendū Er. ē organū odoratus ee duo tubercula mamillarū similitudine quae ob id carunculae mamillares seu papillares vocantz quae in superiori extremitate nariū eminent cum nulla rerū praedictarū tale organū sit deinde ē apparet ad quod aliud

munus naa quae nihil frustra molitur huiusmodi tubercula instituerit

§. 9.ª

At (inquies) quomodo tales carunculae mamillares possunt ee odoratus organum cum sint eiusdē substae cū cerebro quod antea diximus ō posse ee olfactus organum Resp. has carunculas mamillares constare ex maā aliquantulū simili substae cerebri simplicitr tamen diuersa ut potè magis compacta et minus frigida atqi ita ad olfaciendi munus aptiori

Quaestio 8.ª

De gustu

§. 1.º

Quae hic de gustu quaest. a nobis exagitabuntur 1.º quae requiruntur ad gradonem saporū qui sunt sensus gustus objectum Resp. tria potissimū concurrere ad saporū gradonē siccitatē terrestrē aqueam humiditatē et calorē 1.º siccitas debet ee terrea ō ignea quia siccitas ignea et calorē ē in maā nimium tenui atqi ita euanida ē et parū apta ad gustū efficiendū debet etiā humiditas ee aquea ō aërea quia in eo tantū humido quod alendi vim habet atqi adeò compacta densamqi maam obtinet sapor excitatur tale verò ordinariū ē humidū aqueū ō aëreum quod facilè euanescit sed ita requiritur humidū ut sicco dominetur quia ut odor magis in sicco quā in humido ita sapor magis in humido quā in sicco consistit postremò requiritur ad saporis procreadonē calor quia sapor nonnisi praeeunte sicci et humidi concoctione per quā humidū aptè cū sicco commiscetur oriri solet haec autem concoctio vi ac ministerio solius caloris fit

§. 2.º

At videtur quod humor ō sit maa saporū quia gingiber et piper habent saporē acutū nec tamen habent humiditatem 2.º si humor eet saporū maa de alimentū eet humidū quod falsū ē quandoquidē fames ē appetitus alimenti et 2.º de aā cap. 3.º definitur appetitus calidi et sicci ad 1.m Resp. etsi gingiber et piper secundū sensus crassiores ita res calidae et siccae videantur ut nihil habere in se humoris appareat nihilominus tamen saltem potentiā aliquā humiditatē continent qui potentiā ad actū deducitur linguae humore ad 2.m Resp. quamuis alimentū ab Arist. vocetur calidū et siccū nihilominus tamen ō ee prorsus siccū sed in eo ee partes siccas et partes humidas et secundū partes humidas et raone illarū ee sapidū

§. 3.ᵃ

2.º quaeritur quodnam sit organum gustus Resp. linguam esse tale organum cuius talis fabrica est ad radicem quae faucibus cohaeret osse valido nititur tunicâ porosa cingitur nonem constat musculis quos media linea ad dexteram laevamque dividit venis duabus majusculis totidemque arteriis duobus item nervorum coniugiis altero molliore dignoscendis saporibus destinato altero duriore motui subserviente intexitur

§. 4.ᵃ

Talis est linguae structura quae extra controversiam est gustus organum sed dubitatur an gustus fiat in mucrone linguae an vero in eius radice quidam existimant in radice fieri quia ibi maior est salivae copia sed inde tamen inferri non potest in eâ gustum fieri remotâ exquisitissimus gustus non est in radice linguae quia cibus positus super radicem linguae non ita sentitur et gustatur sed in mucrone quia ibi tendunt nervi sensorii

Quaestio 9.ᵃ

De tactu

§. 1.ᵃ

Ut huius sensus natura valde scitu difficilis a nobis explicetur quaedam de illo quaestiones exagitandae sunt

§. 2.ᵃ

Itaque 1.º quaeritur quodnam sit obiectum tactus proprium Resp. esse 4.ᵒʳ 1.ᵃˢ qualitates nempe caliditatem frigiditatem humiditatem et siccitatem et etiam 2.ᵃˢ ex illis ortas

§. 3.ᵃ

Nec obstat quod visus aliquid cognoscit de re calidâ de quâ fumum videt elevari aut de gravitate et magnitudine id enim fit per accidens nam potius illud est iudicium rationis quam visionis ratio enim id illa a tactu didicit

§. 4.ᵃ

2.º quaeritur an tactus sit unus sensus an vero multiplex Resp. esse unum tantum sensum quia unum est tantum organum quamvis per totum animalis corpus diffusum unicum medium unicum etiam obiectum

§. 4.ᵃ

At dices unicum non est obiectum Ergo tactus non est unus quod vero non

sit unicū obiectum patet quia percipit plures contrarietates nempe calidū frigidū humidū et siccū res autem non ita se habet in aliīs sensibus nā oīs sensus exterior percipit tantū unā contrarietatē sui subiecti visus albū et nigrū auditus graue et acutum olfactus bene olens et fætens gustus dulce et amarum Resp. obiectum tactus materialiter spectatum eē multiplex et sic multas contrarietates complecti formaliter tamen et in ratione tactilis eē unū ac proinde ut sic oīs contrarietatis capax eē

§. 6.ª

3º. quæritur an tactus quodā medio externo indigeat Resp. non necesse eē inter tangens et tactū semper intercedere mediū aliquod corpus aëreum aut aquā nā 1º saltem aere et aqua immediate tactu percipiuntur quid enī intercedit inter aërem et manū tangentem aut inter aquā et manū 2º si duo corpora inanimata possunt se immediate tangere mediū illud externū non erit necessarium ad tactum sed duo corpora inanimata possunt se immediate tangere quid enī intercedit inter cerā et sigillū nihil prorsus aliter nulla fieret impressio figuræ quid etiā inter serrā et lignū quod scinditur nihil omnino

§. 7.ª

Qui contrariā tuentur sententiā adferunt testimonium Aristotelis desumptū ex lib. 2º de aīā cap. 11º ubi phus dicit in tactu mediū externū eē necessariū Resp. Aristotelem 1º id quærendo non vero affirmando dixisse Resp. 2º hunc Aristotelis locū debere intelligi de corporibus inæqualium superficierū certū enī ē corpora dura quæ alias partes cauas alias vero eminentes habent non posse ita tangi ut non sit in medio aliquod corpus alioquin daretur vacuū

Quæstiones quædā de sensibus internis

§. 1.ª

Hucusque varias scituque dignissimas de sensibus externis pertractauimus quæst. nunc quædā de sensibus internis erunt breuiter exagitandæ

§. 2.ª

1º. quæritur an detur sensus communis Resp. certissimū eē dari talem sensum 1º solet naa quantū fieri pt multitudinē ad unitatem reuocare communis Er. ē ut oēs sensus externos in unū quasi sensū coniungat in quē ut lineæ a circumferentiā ad centrum

ita undiq; e singulis aliorū sensuū organis sensibiliū imagi:
nes confluant 2º. v. g. oculus videt diā colorū gra sonos
tamen aut odores ō videt ideò inter illa ō pt distinguere hæc
Er. discretio debet fieri ab aliquo vi interna et illa vis interna
ē sensus communis 3º. sensus externi ō percipiunt suas sensationes
nā v. g. oculo utroq; destructo hoc sentit se ō videre sed hoc ō
fit nisi beneficio sensus communis

§. 3ª.

At (inquies) si alio sensu perciperemus visione etiā perciperemus
colore sed ō possumus alio quā visu percipere colore Er. nec visione
pr. mi. quia color ō pt percipi nisi per speciem et species ō pt extra
oculū produci quia ultra oculū interius ō ē diaphanū ō Er.
potuit sensus interior percipere colore Resp. species productas in
sensibus exterioribus ō solū multiplicari in ipso organo sed etiā
usq; ad interiore sensū ō cū ibi det diaphanon sunt enim
spiritus in ipsis nervis contenti qui specierum receptivi sunt et
per hos usq; ad internū sensū diffunduntur species

§. 4ª.

2º. quæritur an sensus communis a phantasiâ distinguatur Resp.
sensū comune et phantasiā eē res distinctas probo cū actione
sensus communis quæ ē cognio omnium sensibiliū et notitia discri:
minis quod inter illa intercedit experimur nos habere alias
operationes a superioribus distinctas nosq; multas fingere res com:
ponere disiunctissimas et coniunctissimas distungere quod phanta:
siæ beneficio præstamus

§. 5ª.

At (inquies) phantasia habet idē cū sensu communi obiectum Er.
sunt idē pr. ant. quia phantasia percipit sensibilia per sensus
exteriores sicut ipse sensus communis Resp. licet sensus communis
et phantasia habeant idē subiectum ō tamen eodē modo circa
illud versari sensus cū communis per sensus exteriores immutatur
ab illo obiecto sed phantasia mediante ipso sensu communi deinde
aliā habet actione nempe species ō sensatas hoc ē a sensu exteriore
ō receptas percipere

§. 6ª.

3º. quæritur in quonā tanquā organo reponendi sint sensus
interni Resp. cerebrū eē horū sensuū organū his mot[ivis] rationibus
1º. ubi ē origo nervorū ibi ē principiū et fons sentiendi sed a

cerebro ē origo nervorum quemadmodū anatomica inspectio certissime demonstrat sicut et id quod nervi quanto sunt cerebro propinquiores tanto latiores et maiores conspiciuntur Er. ex cerebro sua sumunt originē 2° quo membro leso sensus perit id merito ē organum sensus sed cerebro leso nullā factā iniuriā cordi sensus internos ledi et interire videmus Er. cerebrū ō cor ē principium horū sensuū

S. 7ª

at Cinquies nulla pars ab aliis discontinuata pt ēē principium sentiendi cū enī principium ēē debeat virtutē communicare aliis sensus necessario per aliquod debet iis continuari sed cerebrum ē pars discontinuata ab aliis ē enī veluti aliquod in vase contentū Er. ō pt ēē principium sensus Resp. negando cerebrū ō ēē continuum cū aliis partibus ē enī continuum cū ipso nervo qui ē eiusdē subste cū ipso

S. 8ª

Denique queritur an memoria inter sensus internos reponi possit Resp. nihil obstare at Cuius 1° sensus obiectum suū percipit et cognoscit sed memoria nihil percipit verū tantū conservat et quasi promptuarium ē Er. memoria ō ē sensus Resp. posse dici memoriā rerū species recipere quomodo enī aliter eas conservaret 2° phantasia rerū formas quas sensus prebuerunt continet Er. memoria videtur ēē supervacanea Resp. phantasiam rerū species ō constanter nec diu retinere in memoriā verò diutius easdē veluti insculptas manere deinde memoria tantū circa preterita versari phantasiā verò etiā circa presentia

Questiones de Illectu

Questio 1ª

De Speciebus Intelligibilibus

S. 1ª

Hue usque dr aī iū gū et speciatim de aā vegetatiuā et sensitiua varias exagitauimus questiones nunc etiā quedā de Intellectu mouendae sunt rerumā si de aliis quasdā pertractauimus potiori

ratione de cā ut omnium praestantissimā tractationem instituere debeamus

§. 2ª

1º examinabimus questiones quasdā valdè difficiles de speciebus Intelligibilibus et quia quaestio an sit ē omnium 1ª ideo hanc questionē tractabimus an dentur tales species huic questioni resp. affirmatiuè et sententiā nostrā ita confirmamus

§. 3ª

1º dantur species sensibiles Er. multò magis species Intelligibiles cons. sic pr. ad Intellectiua ē magis eleuata supra māam quā sensitiua Er. multò magis requirit species immaāles atqui phantasmata ō sunt omnino immaāalia Er. ō sunt actu intelligibilia ideirco necesse ē ut fiant species Intelligibiles actu et proportionatae nostro Intellectui

§. 4ª

2º Intellectus et Intelligibile sunt vnū Er. aliqua ratio et vinculū huius unionis quià res Intelligibiles sunt extrà Intellectum atqui nullo alio modo fieri pt haec vnio quā per speciem Intelligibilē impressā Intellectui Er. dantur species Intelligibiles

§. 5ª

3º agens ō agit in patiens remotū sine medio atqui obiecta Intelligibilia quae extrà animam existunt agunt in Intellectum nā obiectum mouet facultatem Er. per aliquod mediū atqui illud mediū ō pt ēē aliud quā species Intelligibilis

§. 6ª

4º Intellectus ē quasi tabula noua cui nihil quicquā inscriptū ē sicut māa 1ª suā nāā in potentiā ē ad formas naāles ita Intellectus in potentiā ē ad res Intelligibiles sicut Er māa ō actuatur a se-ipsā sic neqi Intellectus debet igitur habere aliquid quo actuetur quod autem actuat Intellectum ē species

§. 7ª

at videtur quod ō sit species Intelligibilis quia ut se habet bonū ad affectū ita verū ad Intellectum bonū autem ō ē in affectu per speciem aliquamuè sui similitudinē Er. neqi verū in Intellectu

Resp. disparē ēē ratioē quia facultas appetens determinatur ad operandū a notitiā obti facultas autē cognoscens ō habet a quo determinetur

ideoq; opus ē illi spēē tanquā principio determinant

S. 8.a

2.o Si darent in Illectu species Illigibiles cum eæ ponant ut naalis caā Illectionū nunquā posset Illectus ab earū usu cessare sempq; Illectus occuparet in percipiendis rebus quas per eas representant quod experientiæ repugnat Resp. sic Illectum concurrere ad Illectione ut oporteat illū primo exciteri vel a phantasmate vel a voluntate vel ab utroq; vel aliā caā huiusmodi

S. 9.a

2.o quærit quanā sint caæ specierum Illigibilium Resp. duasce nempe Illectum agentem et phantasiā Illectus ō pt formare speciem Illigibilē sine imaginatione multo minus imaginatio sine Illectu Illectus ē caā principalis a imaginatio quæ suppeditat phantasmata ē caā instrumentalis imaginatio ō pt sola efficere speciem Illigibilē quia facultas ē maalis neq; etiā Illectus agens pt producere speciem Illigibilem sine phantasiā quia Illectus versat circa phantasmata a inde producit speciem Illigibilē

S. 10.a

3.o quærit quid sit species Illigibilis Resp. speciem Illigibilē ē simplicē et indelebilē ad habitū in Illā impressū qui rē extra Illectum existentē repræsentet sub rā proportione qua Illectui Resp. pt vocat 1.o habitus simplex ut distinguat ab habitibus complexis dicit indelebilis ē absolute sed comparatē quia ubi semel impressa ē Illectui servat in memoriā Illectivā neq; ita evanescit ut species sensibilis quæ ō percipit a sensu nisi objecto præsente 3.o quando dicit ee habitus impressus per eā particulā distinguit a spēē expressā nā species Illigibilis ō ē species expressa ab Illectu pariente ut verbum ō ē terminus qui producit per Illectione ut verbum mentis sed ē species impressa nempe purū et immaalē simulacrū et repræsentamen rei extrā animū existentis quod ex phantasmate elicit

S. 11.a

4.o quærit an Illectus Illigat speciem Illigibilē Resp.

Intellectum ita Intelligere duobus modis nempe directe et reflexe Species Intelligibilis ut est principium Intelligendi et cognoscendi non Intelligitur directe sed reflexe quia non Intelligibile directe est Intelligibile ut quod sed Species est Intelligibilis ut quo idcirco non potest cognosci directe sed reflexe at vero eadem Species ut est accidens inhaerens Intellectui Intelligitur directe tanquam Intelligibile ut quod quia est ens et non ens quantum habet entitatis tantum habet Intelligibilitatis

§. 12a

At videtur quod Intellectus non possit Intelligere suam Speciem quia sensus non potest suam sentire. Resp. diversam esse naturam sensus et Intellectus nam Intellectus est facultas reflexiva quia Intelligit se Intelligere sed sensus talis facultas non est nam v.g. sensus visus non sentit se videre. Intellectio assimilatur motui circulari nam quemadmodum talis motus redit in orbem ab eodem puncto in idem punctum sic Intellectio ab Intellectu procedit et ad Intellectum revertitur sed sensus est ut linea recta quae directe fertur ad obiectum et ibi terminatur non enim redit in seipsum neque operationem suam considerare potest.

Quaestio 2a

De anima Intellectiva an sit unica Intelligens quae omnibus hominibus assistat

§. 1a

Averroes existimavit dari tantum unum Intellectum distinctum re a singulis hominibus unitum tamen illis per phantasmata illisque praeesse atque assistere docuit

§. 2a

Haec sententia refutatur 1o ex variis locis ab Aristotele depromptis 1o Aristoteles lib. 2o de anima cap. 1o docet animam non quodlibet corpus informare sed determinatum sibique proprium et in lib. 12o Metaphysicae negat ullam animam antecedere, corpus autem antecederet si una tantum foret et in problematibus sect. 30a quaestione

4.ª aperte dicit plures ee aias in pluribus hoibus

§. 3.ª

2.º eadem sententia refellitur sequentibus rationibus 1.º unus homo una persona e uno corpore et una aa constanti, b eet autem unus si aiam rationale propria sibi o haberet

§. 4.ª

2.º peccatum unius hois eet peccatum alterius si oes una mente uterentur et intelligerent sic etiam fides unius eet fides alterius et ita sequeretur confusio et iniustitia in poenis impiorum et praemiis bonorum sanctorum

§. 5.ª

3.º intelligente uno hoe futurum eet ut oes hoies intelligerent quod quam sit absurdum oes vident ut cum ego oculis alterius hois cernere o possum nec pedibus alterius currere ita intellectu alterius intelligere nequeo

§. 6.ª

4.º sequerentur plura alia absurda unica aa data uno in hoe eet sapiens dicenda in alio fatua in uno iusta beataque in alio iniusta et damnata in uno verax et sciens et in alio mendax et errans et ita in uno intellectu simul habitus contrarii adesse eent eodem tempore

§. 7.ª

5.º si haec opinio locum haberet exsuscitatio mortuorum o pertineret ad singulos proprie nisi quod ad corpora quinimo tamen resurrectio ita futura sit ut singulorum aae cum singulorum corporibus coniungi debeant

§. 8.ª

Denique blasphema e ista opinio in sanctissimam incarnationem Dei nostri I. C. si hoc enim eet verum quale aiam tribueremus Salvatori nostro

§. 9.ª

at (inquit Averroes vulgo commentator dictus sed hac in re commentitor) 1.º multitudo o convenit nisi formis quae procedunt a maa quinimo Er. aa rationalis a intelligentia o pendeat a maa unica statuenda e Resp. illud negando o enim principium naalis distinctionis a sola maa petitur

§. 10.ª

2.º ad illustrandum oia aspectabilia sufficit una lux Solis Er. ad illustrandum oia intelligibilia sufficit lux unius communis intellectus Resp. negando consequentiam

§. 11^a

3° communiter natae notiones in quibus omnes consentiunt, ō aliunde quā ex uno et communi Intellectu videntur provenire. Resp. ideo omnes easdem habere communes notiones et eadē communia effata quia hac ipso Intellectus lumine conspicua sunt

§. 12^a

Denique si ō essent eadē omnium Intelligibilia neque praeceptor docere neque discipulus addiscere quidquā posset vel enim eadē numero scientia communicatur discipulo vel diversa ō diversa alioquin una scientia aliā procrearet quod tribuendū ō ē nisi rebus physicis communicatur igitur eadē scientia ac proinde unus idemq; ē praeceptoris et discipuli Intellectus. Resp. scientiam quae ē in praeceptore et discipulo partim esse eandē et partim diversā eandē ratione objecti circa quod versatur, diversā quod ad species Intelligibiles et quod ad ipsū scientiae habitum dicendū itaq; ē unā scientiam generare aliam ō tamen eodē modo quo res physicae generantur praeceptor enim communicat discipulo scientiam offerendo ei sensibilia exempla aliaq; similia quibus ille phantasmata ad rei Intellectionē idonea effingat proponendoq; effata communia principiaq; illi nota eaq; ad particulares conclusiones applicando atq; ita ipsū ad Intelligibiles conceptiones et ad rei ignotae notitiam quasi manuducendo

Quaestio 3.^a

De anima Intellectiva

An anima Intellectiva sit vera hominis forma

§. 1^a

Plato in Alcibiade asserit animam Intellectivā ō coniungi corpori ut formā naturae sed ut motorē dumtaxat mobili habereq; se animam Socratis ad Socratem ut gubernatorē ad navem quatenus Intelligentia et rationis artificio quasi clavo movet corpus eiusq; actiones inflectit et moderatur

§. 2^a

2° Sciendum est unde deducatur nomen angeli hoc nomen graecum est ἀπὸ τῆς ἀγγέλλειν id est ab annuntiando dictum quia angelus est spiritus creatus qui a Deo mittitur ad annuntiandam suam voluntatem

§. 4a

3° Sciendum est angelos esse substantias et substantias spirituales

3° sunt substantiae quaedam cum illis tribuuntur quae nonnisi substantiis convenire possunt dicuntur enim nuntii et ministri dicuntur custodes et vigiles psalmo 103° et 4° Jobi 1° et 2° psalmo 91° Danielis 4° deinde angelis tribuuntur actiones et passiones personis convenientes ut sunt loqui mutare locum apparere hominibus Christo servire laetari tristari vel laedere hostes peccare et damnari ut patet ex Genes. 18° et 19° ad Hebraeos 2° versiculo 2°. Danielis 7° versiculo 9° 10° Mathaei 4° versic. 11° Lucae 15° versic. 10° Mathaei 18° versic. 10° et cap. 22° versic. 30° 2ª Petri 2° cap. versic. 4° et Judae versic. 6° 2° angeli sunt substantiae spirituales nec obstat quod aliquando corpora sibi assumpserint nam Angeli corpora illa regebant ut nauta movet navem non ut anima corpus informat

§. 5ª

4° asserimus magnum esse Angelorum numerum ex Danielis cap. 7° versic. 10° ubi habentur haec verba millia millium ministrabant ei et decies millies centena millia assistebant illi dicimus tamen illum numerum quamvis magnus sit non esse infinitum nam nullus est numerus quantuscunque sit quo non possit dari maior ut ex Arist. in 3° lib. physicae ausc. cap. 6°

§. 6ª

5° dicimus nos ~~[illegible]~~ ordinem inter Angelos agnoscere quamvis quisnam sit nos lateat datur inter illos ordo nam illa nomina Cherubini Seraphini Principatus Dominationes Sedis Throni dari inter illos ordinem satis demonstrant datur ergo ordo inter illos sed huius ordinis notitia nos fugit et nihil mirum cum latuerit Augustinum qui ita loquitur Sedes Dominationes Principatus in caelestibus apparatibus firmissime credo et indubitatam fidem teneo sed cur me contemnas quem magnum putas esse doctorem quaenam illa sint et quomodo inter se distant nescio nec eam ignorantiam periclitari me puto si ~~quae~~ inobedientia si non domini praecepta neglexero

§. 7ª

6° asserimus neque tempus illis neque locum proprie tribui posse

ē tempus sed aeū ē locum sed ubi ē cui sunt in aliquo loco per circumscriptionē sed in ubi per definitionem essentiæ

§. 8.ª

7º de Illectu Angelico quædā proponenda sunt 1º Illectū Angelicū cognoscere seipsum quod cuī naæ āæ hūanæ concedit ē ē naæ Angelicæ denegandū 2º unū angelum cognoscere aliū dicimus nā quidquid in hūana Illectione perfectionis ē oportet ut sit in Illectu angelico sed unus hōo cognoscit aliū Ex. potiori raōne unus angelus alium cognoscit 3º aaduertendū ē Angelos posse cognoscere futura quæ pendent ex causis necessariis ē vēo ea quæ sunt prorsus casualia a fortuita ut collapsuras ædes ppter procellā 4º notandū Angelos ē cognoscere cogitaones hūanas prout sunt in Illectu sed raōne effectus

§. 9.ª

Deniqi dicimus Angelis inesse voluntatē libertate arbitrii præditā quod cuī quidā Angeli a vēo bono defecerunt illud ab iis factū ē libere sed Jā mali angeli in malo sunt indurati boni vēo in bono sunt confirmati faxit Deus opt. max. ut bonis Angelis similes fiamus atqi ita eius laudes in æternū celebremus a decantemus

Finis compendiū Metaphyæ

Observaones in Theses publicas et 1° in logas

In 1am

§. 1°

In 1â Thesi logâ mentio fit Academiæ Academia erat auditoriū in quo Plato docebat philosophiam sicut lyceum erat locus in quo Athenis Aristoteles publicè legebat et philosophiam docebat Stoa vero erat porticus in quâ Zeno acutissimus philosophus philosophiam etiā publicè profitebatur ex hoc nõe deducitū ē nomē Stoicorum quorū secta inventor fuit ille Zeno

§. 2a

Sensus 1us hujusce Thesis verborū hic ē sicut olim in auditorio in quo Plato philosophiam docebat quod Academia nuncupabatur hæc verba erant inscripta nemo qui Geometriæ cognitione imbutus ō sit hunc locū ingrediatur sic in his auditoriis in quibus hodie superiores disciplinæ docentur hæc verba inscripta ee deberent nemo eo ingrediatur qui logâ cognione præditus ō sit

§. 3a

In eadem Thesi comparamus logam cum Hermis Hermæ autem erant statuæ Mercuriales quæ in vestibulis ædium et in publicis viis super columnas ornatus gratiâ vel in biviis constitui solebant has statuas 1° ab Hyparcho Athenis erectas Plato in dialogo de lucri cupiditate docet earumq; usum ibi adjungit celebrem sensus hujusce comparaonis hic ē sicut viator in compitis constitutus et anceps quam viam ingredi debeat illarū ope ab oi perplexitate facillime liberatur ita loga quâ viâ incedendū sit in cursu litterario nos docet

§. 4a

2°. loga comparatur in hac Thesi circino et normæ sicut enī Geometræ hæc instrumenta adhibent ad mensurandū ita etiā logâ utimur ad sciarū acquisitionē

§. 5a

3° et dicimus ee similē Mnagogo seu conductori extraneorū

quemadmodū enī qui peregrè proficiscunt̃ ubi ad urbes hōium celebratas pervenerunt eos quos vocant Xenagogos adhibere solent qui eos ad loca harū urbiū memorabilia deducant et res cuiusq; loci visendas demonstrent sic nos in hac vitæ litteraria peregrinantes logâ uti debemus tanquā Xenagogâ quæ aditus nobis parat ad ea in altissimarū disciplinarū penetralibus speculanda quæ cognitu necessaria sunt

§. 6ª

Cæterū ex his comparationibus facile elicit̃ intentio nostra in hac Thesi intendimus ostendere maximā eē logæ necessitatē ad scientiarum comparatione quæstio de logæ necessitate a nobis fusè pertractata fuit in prolegomenis in logicam hunc locum consulere poteritis ut ita argutiis quæ contra eam adferri possunt respondere possitis

In secunda

§. 1ª

In hac Thesi proponimus summā eorū de quibus logā tractatioē instituit nempe in eâ agit̃ 1º. de terminis simplicibus nempe de prædicabilibus et prædicamentis 2º. de enunciatione et 3º. de argutatione et de variis eius speciebus tā perfectis quā imperfectis hic tantū observandū ē nos ō sumere nomē logæ pro logâ in totâ suâ amplitudine consideratâ prout sub suo ambitu ratione definiendi dividendi argutandi et res legitimo ordine disponendi ostendit sic enī considerata de aliis rebus agit quā de p̄ terminis simplicibus di enu: neiatione a argutatione agit enī præterea de definitione de divisione ac ordine et methodo * hic tantū Ev. loga consideratt̃ prout ab Arīlē tradita ē qui enī consulet organū logicum ab Arīlē conscriptū inveniet eum agere tantū de prædica: mentis de enuneratione et de discursu

In tertiam

§. 1ª

Ad huius Thesis intelligentiā hoc tantū notandū ē gnā et speciem duobus modis considerari posse vel 1º. intentionaliter pro rebus quæ sunt gnā et species vel 2º. intentiona: liter pro rationibus gnum et specierū vel aliter gnā duplex ē

unū Metaphysicum et alterū Logicum quia Metaphysicum considerat iuxta sua attributa essentialia v. g. aal quatenus ē corpus aatū sentiens hac cui sunt illius attributa essentialia qua logicus considerat iuxta totā suā amplitudinē prædicandi qui priori ratione spectatū in unicā spēe conservari pt posteriori verò modo consideratū plures ad sui conservatione spēes requirit idē dicendū de spēe

In quartā

§. 1.[a]

Ut possitis Resp. argutiis quæ contra hanc 4.[am] Thesim adferri possunt hæ distinctiones tenendæ sunt

§. 2.[a]

1.[a] Drīæ constituentes sunt in gre ō verò dividentes [actu]

§. 3.[a]

2.[a] Drīæ dividentes sunt actu in gre prout ē actu contractū ō verò prout ē contrahibile

§. 4.[a]

3.[a] Drīæ sunt actu in gre per modū copulationis ō per modū inclusionis ita ut sint attributa essentialia

§. 5.[a]

4.[a] quidquid continet continens continet etiā contentū ō tamen eodē modo

§. 6.[a]

5.[a] Incompossibilia ō possunt ēe in eodē subiecto at tales sunt Drīæ

§. 7.[a]

6.[a] Principiū ō ē semper nobilius principiato ut patet exemplo seminis si cū arbore compares

In quintā

§. 1.[a]

Dic. duo de proprio 4.[o] modo sumpto idē de eo quod oī soli et semper subiecto competit cū eoq; reciprocatur dicimus 1.[o] illud ēe ἀκοινώνητον

ide incommunicabile hoc patet exemplo risibilis respectu hominis risibile enim nulli alteri quam homini communicari potest si enim aliquando poetae dixerunt prata ridere illud sumendum est Metaphorice inquantum flores emittunt.

§. 2a

Quod 2o loco dicimus de tali proprio est illud non posse a suo subiecto separari et ita nos hanc Thesim intelligimus nempe proprium 4o modo sumptum neque posse naturaliter nec supernaturaliter a subiecto separari ut hanc partem Thesis propugnare possitis distinctiones sequentes tenendae sunt

§. 3a

1a prius potest esse sine posteriori si posterius sit non tantum natura sed etiam tempore non vero si sit posterius tantum natura non vero tempore ut patet exemplo lucis respectu Solis

§. 4a

2a falsum quod non dependet ab aliquo posse esse sine illo nam caninus non dependet a facultate latrandi et tamen non potest esse sine illa facultate deinde subiectum non dependet a proprietate physice et secundum existentiam sed Metaphysice et secundum essentiam

§. 5a

3a quod efficiens potest separare separatione complexa quae nihil aliud est quam negatio unius de alio Deus potest separare realiter non vero quod separat separatione simplici sic Deus separat proprium a suo subiecto

§. 6a

4a actus 2us caloris in fornace Babylonica fuit cohibitus sed calor remansit in igne in actu 1o actus quidem 2i in agentibus liberis possunt impediri sine miraculo non vero in agentibus naturalibus

Iam 6am

§. 1a

Hic 1o notandum est nos non dicere substantiam perfecte definiri sed tantum non male describi quia substantia cum sit summum genus perfecte definiri non potest quoniam ut aliquid perfecte definiatur debet constare ex genere et differentia sed genus summum ex genere constare non potest sic enim genus haberet supra se atque ita non esset summum

§. 2.ª

Quod 2.º loco observandū ē ē istud nempe substãm dici no per se existere inquantū ō ē in aliquo tanquã in subjecto inhæsionis

§. 3.ª

3.º videndū quo sensu 2.æ substæ sint in 1.is et 1.æ in 2.is 2.æ substæ sunt in 1.is ut partes essentiales in toto essentiato et 1.æ substæ sunt in 2.is tanquã partes subjectivæ in toto attributivo

§. 4.ª

Caterū hæc quæstio an sit bona definio substæ qua substãa dicitr ee ens per se existens a nobis tradita fuit in quæstioni in catego: riam substæ ideoq. locus consulendus erit

In septimam

§. 1.ª

In hac Thesi nos dicimus eos qui Angelos ex prædicamentis arcent eorū nãam iniquã examinare statuã ideo ō considerare exacti et ut dixi eorū nãam renuã cum Angeli ex gre et dĩã conflent quid impedit quominus sint substæ prædicamentales

§. 2.ª

Ad solutionē argutorū quæ contrã sententiã nostrã adferri possunt sequentes distinctiones tradendæ sunt

§. 3.ª

1.ª Angeli sunt actus puri respectu compoōnis phyæ ō vero Metaphyæ

§. 4.ª

2.ª Angeli carent potentiã ad corruptionē ō vero ad ulteriorem perfectionē

§. 5.ª

3.ª gñs proportione quadã respondet mãæ dĩã vero formæ

§. 6.ª

4.ª quando phus dixit corruptibile et incorruptibile differre gñe gñaliter spcē ideoq. dicendū ē ee errorē typographicū

§. 7.ª

5.ª Angeli suscipiunt contraria accidentia perfectiva ō corruptiva

§. 8.ª

6.ª substã quæ ē communis rebus corporeis et incorporeis neq. ē corporea neq. incorporea sed abstrahit ab utrãq.

In octavam

§. 1a

In hac Thesi nos dicimus diuas substantiam esse substantias. Sic 1o obseruanda est ratio qua utimur ad illud confirmandum dicimus ex Aristotele in physica omnes partes substantiae esse substantias et hanc rationem reddimus quia alioquin substantia componeretur ex non substantiis ratio est quia partes debent esse eiusdem naturae cum toto inde inferimus diuas substantiarum esse substantias quia sunt partes substantiarum nempe specierum substantialium

§. 2a

2o Sciendum est diuas substantiarum ita esse substantias ut non in recta linea substantiae sed in collaterali collocentur

§. 3a

Caeterum haec questio an diuae substantiarum sint substantiae a nobis tractata fuit in questioni in cap. de substantia

In nonam

Ad huius Thesis intelligentiam distinctiones sequentes tenendae sunt

§. 2a

1a extensio non sumitur pro actione extendendi sed pro situ et positione partium

§. 3a

2a quando Aristoteles dicit 5o Metaphysicae cap. 15 quantitatem esse divisibilem in ea quae insunt non proponit definitionem essentialem quantitatis sed eius tantum descriptionem

§. 4a

3a habere partes extra partes competit substantiae corporeae beneficio quantitatis

§. 5a

4a quando Aristoteles probat orationem et magnitudinem esse quantitates per mensurabilitatem probatio est a posteriori

§. 6a

5a partes loci extensae sunt ad continendum corpus locati et partes superficiei sunt extensae ad terminandum quodlibet corpus siue locans siue locati

§. 7a

6a linea superficies et corpus distinguuntur per divisibilitatem tanquam per proprietatem

§. 8a

7a divisibilitas est ratio formalis quantitatis sumpte pro radice unde fluit proprietas, non ut sumitur proprietas et aptitudine ut aliquid dividatur.

In decimam

§. 1a

Hic 1o observandum est habitum vel considerari ut refertur ad obiectum vel ut relationem habet ad subiectum cui inest priori respectu est quid relatum 2a vero ratione est 1a qualitatis species

§. 2a

2o sciendum est naturalem impotentiam non esse quid negativum sic enim non esset in categoricum sed tantum denotare potentiam debilem.

§. 3a

3o tenenda est ratio cur Aristoteles dicat a passione nos non denominari quales non denominamur quales ab illa simpliciter sed tantum secundum quid non tanquam a qualitate diu permanente sed cito transeunte

§. 4a

4o observandum est per formam nos intelligere non formam substantialem et internam sed accidentalem et externam

In undecimam

§. 1a

Ad huius Thesis intelligentiam hoc tantum tenendum est relata duobus modis considerari posse vel ut sunt accidentia vel ut sunt praecise relata si priori modo considerentur illorum esse est esse in alio tanquam in subiecto quia accidentis esse est inesse si vero posteriori modo spectentur illorum tota natura et essentia in hoc posita est ut referantur ad aliud tanquam ad terminum de hac re egimus in quaestioni in relata

In duodecimam

§. 1a

In hac Thesi duo dicimus 1o enunciationem componi ex terminis simplicibus quod difficultate caret

§. 2a

2o definitionem enunciationis hoc pacto proponimus enunciatio est oratio veri vel falsi significativa

§. 3a

Contra hanc definitionem haec obiiciuntur 1o haec definitio traditur per contraria nempe per verum et falsum et per consequens non est bona Resp.

definitione tradita per contraria coniunctim ee vitiosa o verò cam
que traditr per contraria divisim ut ē ista

§. 4ª

2º. hac enunciaō scripta   que ita se habet (hac enunciaō
ē falsa) ē legitima enunciaō sed illa neq. verū neq. falsū signat
ō signat verū quia ipsamet indicat se signare falsū neq. signat
falsū quia illa propoō que signat rem ut ē, ō signat falsum et
talis ē ista propoō Resp. hanc propoōne ee falsā quia ō ē absoluta
ut hoc ē aal sed reflexiua reflectitr enī supra suā falsitatem et
se falsā ee declarat

§. 5ª

3º. in hac definitione ō ponitr gēnus proximū nempe oraō perfecta
Resp. quandoq. gnus remotū sufficere quum dria connotat gnus
proximum et talis ē hac que in hac definitione ponitr.

§. 6ª

4º. veritas et falsitas ō competit enunciaōni quum competat
rebus Resp. veritatē et falsitatē ee in rebus fundamentaliter et in
oraōne tanquā in signo

§. 1ª Dn 13.ᵃᵐ

Duo hic dicimus de syllogismo 1º eum ex enunciaōnibus constare
hoc aūt difficultate caret et 2º demonstraōnem que ē precipua
eius species quum ex necessariis constet gignere sciam. hoc ultimū
ō ē sine difficultate sed ut solvantr argūta que contrā hanc partē
adferri possunt sequentes distinctiones sunt tenenda

§. 2ª

1ª ō quamlibet sciam gignit demonstraō διότι de quā hic agitr
sed sciam eius sit   §. 3ª

2ª. scia considerātr vel ut ē actu comparata vel ut ē compar
anda ut ē actu comparata ē effectus demonstraōnis et ut compa:
randa ē finis   §. 4ª

3ª. eius rei pt gigni ab eius raōnis tanquā a caā instrumentaria

Observationes in Theses morales

In 1.am

1.° nihil habet in se difficultatis a continet tantu laudes a. necomia philosophiae moralis ideoque nihil hic observandum.

In 2.am

In hac Thesi nos reiicimus opinionem Stoicorum qui olim ἀπάθειαν introduxerunt

Ad eorum argumenta respondebimus si dicamus 1.° quosdam affectus esse vitiosos ut Invidiam superbiam et ambitionem et hos a viro sapiente avellendos esse nos libenter admittere 2.° si notaverimus nos non loqui de motibus appetitus sensitivi turbulentis et plus aequo incitatis et extra limites rationis prodeuntibus, has enim motiones agnoscas a recta ratione pravas et vitiosas et animi morbos dicimus non debere cadere in virum sapientem cum cum de sede tranquillitatis deturbent

In 3.am

In hac Thesi dicimus virtutem in medio sitam esse et illud liberalitatis exemplo confirmamus quae sita est inter prodigalitatem et avaritiam prodigalitatem in excessu et avaritia in defectu

hic observandum 1.° nos non loqui de medio rei vel arithmetico sed de medio rationis vel geometrico illud affirmamus esse verum non solum de Justitia distributiva sed etiam de commutativa nam nomine habetur ratio diversorum locorum in quibus merces venduntur

Ad solutionem argumentorum quibus quidam utuntur ad ostendendum quamlibet virtutem in medio sitam non esse duae sequentes distinctiones tenendae sunt

1.a quamvis Justitia habeat tantum unum extremum nominatum nempe injustitiam tamen habet duo extrema iniustus enim peccat in excessu et in defectu ad nimium et parum inclinat dans uni plus eo quod dare debet et alteri minus

2a magnanimitas et magnificentia versantur in summis ratione obiecti et materiae non vero ratione circumstantiarum

In 4.am

In hac Thesi nos asserimus virtutes Ethnicorum imo et splendidissimas et Heroicas fuisse splendida peccata hoc difficultate non caret ideoque argumenta e sacra Scriptura deprompta quibus quidam contrarium ostendere conantur solvenda sunt

Exodi 2o versic. 22o narratur de obstetricibus Aegiptiacis quod Deus eis domos aedificavit quod filios Israelitarum pepercerint Resp. hoc opus obstetricum ratione substantiae fuisse bonum ideoque Deum illud remuneratum fuisse non mercede aeterna sed temporali

2o Daniel postquam predixisset regi Nebucatnezari gravem paenam propter peccata ab eo commissa illum horbatur ad Elemosinas dandas quibus redimat sive avertat paenam illam temporalem peccatis suis debitam Ergo donatio Elemosynae etiam ab infideli facta est opus bonum Resp. vocem Chaldaicam qua utitur propheta significare proprie abrumpere ita ut sensus sit abrumpe moram peccatorum tuorum elemosynis

3o qui faciunt quae sunt legis bonum opus faciunt sed gentes faciunt quae sunt legis ut patet ex cap. 2o Epistolae ad Romanos Ergo bonum opus faciunt Resp. gentes facere ea quae sunt legis quod ad substantiam in quibusdam officiis externis sed numquam quod ad circumstantias fontis medii et finis

4o Cornelius fuit gentilis et non regenitus quia non credidit in Christum sed tamen eius Elemosynae laudantur ut bonae ut patet ex actorum cap. 10o Ergo non regenitus etc bona opera perficere Resp. per negationem maioris nam antequam a Petro doceretur habuit notitiam Christi sed venturi et loco citato dicitur pius et Deum innocasse ipsiusque preces exauditas fuisse atqui ipsius preces exauditae fuissent nisi in Christo mediatore fundatae et Deo oblatae fuissent ac proinde renatus fuit etc.

5o Athenienses non erant regeniti at illis Apostolus Paulus in actis apostolicis tribuit pietatem quae vero bonum opus est Resp. Apostolum tribuere illis pietatem non veram sed pietatis speciem

extrene cum viderentur piū eū maxime superstitiose idola colerent
quā pietatē damnat ipse Apostolus

In 4.am

hic tantū observanda ꝑ Justitia definitio qua dicitur eē perpetua et constans suū unicuiq; tribuendi voluntas

hīc tenendū 1.o per voluntatem nos n. intelligere ipsā facultatem quae voluntas dicitur, sed ita sic habitus cū facultate confunderetur per voluntatem nos intelligimus tantū habitū voluntatis

2.a observandū ē Justitiā dici perpetuā et constantem voluntatē n. quod Justus perpetuo et constante Justitia careat sed quia si Justitia leges observaret illud perpetuo facere deberet.

3.o notandū n. solū in Justitia distributiva sed etiā in commutativa ē Jus suū debere unicuiq; tribui.

Observationes in Theses physicas

In primam

In hac Thesi dicimus physicam eē philosophiae contemplativae partem et hoc infertur physicam eē scientiam contemplativā

Videtur tamen hoc n. eē verū quia 1.o in physicā agitur de actionibus Illicitis et voluntariis de utraq; specie impressā et expressa quae oīa fiunt a nobis. Resp. quamvis actiones Illicitae et voluntariae et utraq; species impressa et expressa fiant a nobis et sint operabiles n. tamen physicam eē practicā quia n. tendit in has actiones modo practico sed speculativo docet enī tantū quae sit earū natura et quaenā sint earū proprietates

2.o cognitio quā habemus rerum physicarū tendit ad amorē Dei. Er. physica ē scientia practica. Resp. physicam ut physica ē harū rerum cognitione contentā eē et n. ulterius progredi

Caeterum haec quaestio an phia contemplativa recte dividatur in Metaphysicam Mathematicas disciplinas et physicam a nobis pertractata fuit in prolegomenis in physicam

In 2^am

In hac Thesi dicimus quaecumque tractantur in physica vel esse principia vel proprietates vel species corporis naturalis sed hoc dubitatione non caret nam agitur v. g. de infinito et de vacuo Aristoteles enim de his duobus in libris acroamaticis tractando: nec infinitum sed dici non potest infinitum et vacuum esse principia aut species aut proprietates corporis naturalis Resp. est quaecumque primo et directe in physica tractantur esse vel principia vel proprietates vel species non vero quae 2° et indirecte ita de his duobus agitur in physica nam de infinito agitur ut ostendat Aristoteles nullam esse magnitudinem infinitam actu et de vacuo ut ostendatur nullum esse locum vacuum

In eadem Thesi asseritur corpus naturale esse physicae subiectum haec quaestio a nobis fuse exagitata fuit in quaestionibus in physicam

In 3^am

In hac Thesi dicitur 1° ex nihilo nihil fieri, hoc intelligendum est naturae viribus non supernaturaliter et per potentiam divinam omnia ex nihilo facta fuere

2° mentionem facimus materiae ubi notandum per materiam nos intelligere materiam 1^am quae in omni generatione substernitur tanquam fundamentum vicissitudines contrariorum sustinens

Caeterum haec quaestio a nobis exagitata fuit in quaestioni in 1^m lib^m acroomaticum an detur materia 1^a

In 4^am

In hac Thesi asseritur formam esse principium generationis ubi notandum per formam nos intelligere formam substantialem de qua dicitur quod sit rei complementum et ultimus actus non 2us sed 1us respectu 2^orum qui ab ea promanant dicitur etiam quod materiae nuditatem et deformitatem occultet quia materia in seipsa considerata est rudis deformis et impolita omni pulchritudine et venustate carens sed formae beneficio politur et ornatur

am

Hic tria dicimus 1º privatione non esse principium constitutionis naturalis corporis quia adveniente forma recedit ideoq. in suo esse rem constituere non potest

2º dicimus esse principium generationis rerum naturalium inquantum est terminus a quo

In eadem thesi dicimus tria esse generationis rerum naturalium principia

Contra hanc ultimam partem thesis quamplurima obijci possunt 1º 4r causae requiruntur ad generationem ergo etiam efficiens et finis sunt principia. Resp. generatione in suo conceptu formali quatenus est mutatio a non esse ad esse non includere causam efficientem sed quatenus est actio et finem internum generationis qui nihil aliud est quam forma esse generationis principium non finem externum rei genitae

2º exemplar videtur etiam esse principium quia concurrit ad generationem Resp. si concurrat concurrere extrinsice non intrinsece

3º Si formae sive principium generationis plura sunt principia tribus quia duae sunt formae una quae amittitur et altera quae introducitur idem dicendum de privatione una enim est quae antecedit et altera quae sequitur Resp. forma quae amittitur non esse principium generationis quia generatio est processio ad novam formam introducendam Resp. 2º de privatione non esse parem rationem inter privationem antecedentem et subsequentem quia privatio subsequens non tantum respectu rei sed etiam respectu generationis est causa per accidens sed privatio antecedens respectu rei est quidem causa per accidens non vero respectu generationis sicut enim est principium per se et terminus a quo incipit generatio

4º Si forma esset principium tunc compositum quoque principium dicendum erit formae enim dicitur principium quia terminat generationem nec sed idem fuerit compositum Resp. compositum esse terminum quod totale et adaequatum forma vero esse terminum quo et inadaequatum inter propterea dicendum compositum esse principium quia 1º et per se generationem non terminat

sed tantum mediate per formam quatenus forma 2a introducta et unita cum materia resultat compositum

5.o Arist. in lib. 1.o phys. ante contextum 60. dicit principia semper manere Ergo non sunt tria principia Resp. 1.o Aristotelem loqui de principiis semper manere quia non resolvuntur in alia principia 2.o Aristotelem locutum fuisse indefinite et voluisse tantum dicere in omni generatione remanere semper aliquod principium Resp. 3.o Aristotelem loqui de generatione terminatam per formam in qua semper remanet materia et forma

6.o unio videtur esse principium Resp. unionem esse illud quo compositum fit non ex quo componitur

aliae obiectiones quae contra numerum principiorum 3.rium adferri possunt videntur in hac quaestione an tria sint rerum naturalium principia

In 6.am

Sensus huiusce Thesis hic est sicut magnitudo in infinitum augeri potest mathematice et potentia diviso non in partes aequales sed in partes proportionales non tamen potest in quamcumque molem excrescere physice

Contra illud quod postremo loco diximus haec obici possunt 1.o viventia sunt affecta quantitate continua sed quantitas nullos habet terminos cum possit dividi in infinitum non igitur certum aliquem terminum obtinent Resp. ea non habere terminum ut quanta mathematice sed physice et ratione formae terminata esse

2.o elementa possunt augeri in infinitum Ergo etiam corpora viventia Resp. neg. 1.o ant. nisi aliquod extrinsecum impediat nempe calor 2.o dico non esse parem rationem quia viventia augentur a calore naturali qui habet certam et definitam materiam at vero elementa per materiam extrinsecus appositam

3.o damus hominem qui sit tantae staturae quantae potest esse si ille hoc morsum patiatur venenatum cum calor intenditur sed in iis quae tument quantitas extenditur quantitas igitur illius hominis extenditur quamobrem non dabitur certus terminus magnitudinis quin ille quem maximum ante constituebamus superetur ab
his causis extrinsecus veli homini advenientibus

Resp tale bonum mensurã maiorẽ contra illius naam nam talis timor disponet hoem ad intellectum at quando agimus de cognis Ciuilibus rerum naalium agimus de illis secundum illarum naam

Gn 7am

In hac Thesi duae quaestiones continentur quarum prior est an detur motus et posterior an motus recte sit definitus ab Aristotele actus entis in potentia quatenus est in potentia

hae duae quaestiones a nobis exagitate fuere in curriculo nostro physico, locus consuli potest

Gn 8am

In hac Thesi 1o dicimus eos qui corpus sine Loco ponunt illud quantum esse negare ratio est quia si corpus sit quantum per consequens est extensum et si sit extensum partes illius corporis locum occupare debent et 2o dicimus eos qui plura corpora simul in eodem loco proprio ponunt dimensiones confundere nempe illorum corporum posterior quaestio an duo corpora possint esse in uno et eodem loco proprio simul et eodem tempore a nobis exagitata fuit in quaestio in 4m lib. physice auscult.

Contra 1am partem huius Thesis quaedam obiici possunt ad quae Resp 1o caelum supremum est in loco quia locus est superfi: ciei corporis ambientis ex Aristotele sed illud caelum nullum habet corpus supra se Ergo est corpus quod non est in loco Resp. caelum supremum non esse in loco extrinseco sed in loco intrinseco qui est finis substantiae cuiusque rei

2o Si locus potest separari a corpore Ergo corpus potest esse sine loco sed corpus potest separari a substantia sed locus est acci: dens Ergo potest separari a substantia ac proinde a corpore Resp. quia est accidens potest separari a substantia ac proinde a corpore Resp. accidens individuum ut est hic vel ille color hic vel ille locus posse separari a corpore non vero accidens indefinite sumpto ut est locus in communi

3º. qd posterius pt separari a priori sed locus ē posterior corpore Ergo pt ab eo separari Resp. 1º negari ma. nā etsi Sol sit prior suā luce Lux tamen a Sole separari ō pt 2º. nego mi. quia locus tempore ō ē posterior corpore

4º. ō repugnat ut corpus sit sine loco Ergo hoc pt fieri pr ant. 1º. quia occupare locū ē posterius ipsā magnitudine nihil autem posterius ē de essentiā prioris Ergo ō repugnat essentia 2º. magnitudo pt intelligi sine loco 3º. ita se habet re- spectio ad magnitudinē ut gravitas ad corpus grave sed ō ē de essentiā gravis ponderare quia in propria regione elementa ō ponderant Resp. 1º. occupare locū ēē poste- rius ratione sed reipsā et actu ēē simul ad 2m. verū ēē ma- gnitudinē posse intelligi sine loco ō vero rē magnā ad 3m. dico deprimere alia corpora ō ēē de essentiā gravia sed seipsa deprimere et tendere deorsum et sic se res habet in elementis

5º. hac ratio quae a nobis adfertur nulla ē quia quaedā sunt in loco quae ō sunt quanta ut Deus et angeli Resp. Deum ēē in loco repletivè Angelos in loco diffinitivè et ea quae sunt in loco hoc 3º. modo debere ēē quanta

In 9am

In hac Thesi tractatur questio an detur vacuum dicimusq. si mundus sit unus si pulcher si perfectus et incolumis ō debere dari vacuum ratio ē quia si mundus sit unus eius partes debent ēē continuae et contiguae et per consequ- ens ō datur vacuum si etiā sit pulcher et perfectus ō dabitur vacuum quiā si daretur vacuum aliquis eēt defectus incolu- mitas etiā mundi requirit ut ō detur vacuum quia si eēt vacuum spatiū inter caelū et nos influentiae caeli et sydera usque ad nos pervenire ō possent

Caeterū haec questio an detur vacuum a nobis exagitata fuit in questio. in 4m. lib. phys. arist.

In 10am

Variae quaest. quae de tempore et de momento exagitavit ille Phus sane Bellagar Theria veritate confirmant et ostendunt tempus a nobis difficulter cognosci posse

In 11am

Hic quaedam observanda sunt 1o quando ... partitione non dividimus corpus nale in simplex et mixtum per corpus simplex nos Intelligere corpus quod est ullo modo compositum nam tale corpus ex mãa et formâ constat sed Intelligimus corpus quod ex aliis corporibus compositum est.

2o Notandum est quando nos dicimus 4or esse elementa et inter illa nominamus aërem ignem per ignem sciendum est nos Intelligere ignem elementarem hae quaestio an detur talis ignis a nobis exagitata fuit in hac quaestione an dentur 4or elementorum numerus

3o notandum est mundum ita esse unum ut tamen per potentiam divinam plures possint esse mundi.

4o sciendum est rao cur mundus sit magnitudine finitus rao est quia oes partes mundi finitae sunt Er. totus mundus debet esse finitus

5o In hac Thesi dicimus mundum esse dibus numeris absolutum contra quaedam obiectiones adferuntur quibus Resp. est 1o si mundus esset dibus numeris absolutus Mundus esset Deus Resp. est nos simpliciter dicere mundum esse omnigena perfectione perfectum sed in suo gre

2o mundus deest pulchritudo Er. et perfectio cons. pr. quia perfectum et pulchrum reciprocantur aut vero ostenditur 1o quia in mundo reperiuntur monstra 2o peccata 3o quia in eo deficit pax ut ex elementorum lite constat Resp. singulis 1o monstra deesse essentiali perfectione 2o ad universitatis elegantiam facere quatenus alia ex eorum collatione pulchriora apparent Resp. ad 2um peccata quamvis seorsum se praecise spectata dedecoriae nota mundo inurant conferre tamen ad mundi ornamentum quatenus ex eorum comparatione

virtutis splendor enitet praetereà Deus e malis bona elicit dum mala recte ordinat et peccati deformitatem emendat pœnâ peccati ad 3m dico elementa si ex unâ parte dissideant ex alterâ conveniunt et illorum contentione et pugnâ ordine non tollitur quià ordo naturae illud postulat.

3o. videtur quod mundus non sit perfectus quia imo quamplurima superflua sunt vermes enim caeteraque alia bestiola et alia multa quae hominibus non modo utilitatem nullam pariunt sed frequenter nocent et molesta sunt superflua omnino videntur huic obiectioni Resp. ex S. Augustini in lib. 3o. de genesi ad litteram eas bestiolas trifariam homini commodas esse vel quia ipsum salubriter exercent vel quia utiliter probant vel quià ignorantem docent

4o. si mundus perfectus esset sequeretur aggregatum ex Deo et rebus creatis esse quid Deo perfectius hoc autem admitti non potest. Ex. nec illud pr. cons. quia plura entia perfecta plus in se perfectionis continent quam unumquodque eorum; praeterea quod ex iis coalescit perfectius evadit mi. pr. quod Deus nihil eo perfectius hoc pacto quià quocumque modo spectetur excogitari potest. Resp. tunc aggregatum ex pluribus entibus perfectis esse quid perfectius quam unumquodque eorum per se sumptum cum unum eorum non continet in alio eminenter perfectius quam in se sed hoc pacto creaturae continentur in Deo

5o. mundus non est pulcher omni ex parte Ex. neque perfectus et quia sunt multa deformia et indecora. Resp. materiam primam quia per se informis et indecora est, non desinere tamen quamvis ex se media sit et informis [illegible] cuiusdam more varias formas induit quibus universitas naturae informatur

In Thesim 4am

In hac Thesi dicimus elementa in corpore mixto non disperire funditus sed alterari et sub formae mixti ditionem redigi hoc

hec quaestio a nobis exagitata fuit in lib. 2o. de ort. et int. quando quaesivimus an elementa maneant in mixto

Theses sequentes nempe 13.a 14.a 15.a 16.a 17.a et 18.a nihil
difficultatis in se habent

In 19.am

In hac Thesi duae proponuntur animae definitiones quae a nobis exa-
minatae fuere in quaest. de an. utrobique poterit locum consulere

In 20.am

In hac Thesi nos dicimus infirmitatem multum laborare eos qui
existimant animam esse 4.or primarum qualitatum temperamentum haec
questio a nobis excogitata fuit in quaest. de an.

In 21.am

In hac Thesi proponitur divisio animae in vegetantem
sentientem et intelligentem et 2.o animae vegetativae in facultates
auctricem altricem et genitricem et 3.o officium uniuscuiusque
harum facultatum a nobis declaratum haec etiam pertractata
sunt a nobis in quaest. de an. vegetativa

In 22.am

In hac Thesi dicimus duo de sensibus externis 1.o 5. esse
numero et 2.o tres ex illis sensibus esse sensus commoditatis
et duos necessitatis tres sunt tantum commoditatis sensus
nempe visus auditus et olfactus nam animal illis tribus sensibus
destitutum non desinit vivere non sunt ergo illi tres sensus necessarii
ad esse sed tantum ad bene esse duo vero posteriores sunt nec-
essarii ad esse quia si animal non gustaret et tangeret non viveret
contra 5.um horum sensuum externorum numerum haec adferuntur 1.o
sufficit una eademque virtus in cerebro quae in oculis exerat
actum videndi et in auribus audiendi Resp. cum sensuum operationes
tendant in obiecta specie distincta et quae secundum modos diver-
sos species sensus ipsos immutent necessario ex iis argui
distinctionem specificam in sensibus certum negamus sensus
externos esse virtutes influentes sed esse potentias ingenitas
organis in iisque fixas asserimus

2°. cerebrū ē tantū instrumentū sensuū quia perceptio sensibiliū ō fit nisi in cerebro quod in visione et iū ostenditꝛ
quia interdū sano et integro oculo impeditꝛ actio videndi ꝑpter
solā obstructionē nervi optici cerē nonnisi quia tunc ō datꝛ
transitus speciei visibilis ad cerebrū sine qua facultas ibi
residens visionē efficere ō pt sed cerebrū unū tantū ē in quolibet
aīali Er. et unus sensus Resp. obstructionē nervi optici impedire visionē quia impedit transitū spirituū aīalium e
cerebro quorū defectu torpet visus ō autem quod inhibeatꝛ
traiectio specierum visibiliū ab oculo ad cerebrum

3°. ut se habet intellectus ad intelligibilia ita sensus ad sensibilia atqui unus intellectus comprehendit oīa intelligibilia Er.
unus sensus oīa sensibilia Resp. ō ēē parē raōnē nā cum
facultas intellectiva sit multō altioris ordinis pt ea quae per
plures sensus sparsa et distributa sunt in unū colligere
complectiqꝫ

4° tot sunt sensus quot sunt in aīalibus perfectis sed 5. ō
sunt in oīs ut patet exemplo Talpae et Balenae Resp.
negando Talpas et Balenas ēē aīalia prorsus visu destituta

5° necessario danda ē aliqua facultas sentiens cui incumbat advertere ad obtectū in quod singuli sensus feruntꝛ quia
saepe oculi rei visibilis spēē consignatꝛ ō tamē percipiunt visionē quā ō advertimus Resp. hanc ēē caūam quia in rē alia
vehementi applicaōne intenti sumus

6° gustus ō viditꝛ distingui a tactu cum sit quidam tactus
Resp. ō distingui a tactu communiter et late sumpto sed
speciatim pro sensu quod habet pro obto 4r 1as qualitates

In 23.am

Hac Thesin nihil habet in se difficultatis officiū tantum
sensus comunis et phantasiae in illā declaratꝛ diciturqꝫ
quod phantasia varia et vera idola sibi fingat ide nova
et vana ut hyppocentauros chimeras montes aureos

In 24.am

Hic docemus ex Aristotele quænam sint illa quæ requiruntur ad motum animalem quæ in hac Thesi habentur nullam in se habent difficultatem

In 25am

In hac Thesi nos affirmamus unicam esse animam in unoquoque hoc nempe animam intellectivam quæ virtualiter et eminenter reliquas animas sub se complectitur hæc questio a nobis exagitata fuit in quæst. de anima sub hoc titulo an in uno viventi sint plures animæ solum hic observandum est quando nos dicimus in hac Thesi si unicum hoc vos habere animas tergeminum fore Geryonem nos alludere ad quendam Regem Hispaniæ Geryonem nuncupatum qui tanquam tricorpor depingitur quia tribus insulis præfuit

In 26.am

In hac Thesi nos dicimus animam humanam esse immortalem hæc quæst. a nobis tractata fuit sub hoc titulo an omnes animæ sint mortales

Observationes in Theses Metaphysicas

In 1.am

In hac Thesi laudes et encomia Metaphysicæ proponuntur et in ea dicitur quod reliquæ disciplinæ ab ea subiectum mutuantur ex parte ratio est quia Metaphysica agit de ente in communi reliquæ vero de hoc vel illo ente ut v. g. physica de corpore naturali

In 2.am

In hac Thesi dicimus Metaphysicam contemplari ens quatenus ens est in sua tota sua amplitudine quia de quolibet ente disserit sub ratione entis

In 3.am

hic observandum est quamvis Deus sit maxime intelligibilis nihilominus tamen difficulter a nobis intelligi quia debet esse proportio inter intellectum et rem intellectam at inter infinitum et finitum nulla proportio est dicendum tamen Deum a nobis intelligi posse 3o via nempe via eminentiæ via causalitatis et via remotionis via eminentiæ

inquantū attribuimus Deo virtutes que in nobis sunt eminentiori modo ut sapientia et bonitatē via causalitatis quando a creaturis ascendimus usq; ad creatorē et via remotionis quando a Deo removemus et de illo v. g. quando dicimus Deum ñ posse mentiri ñ posse mori

In 4.am

Hic observandū nos dicere Deum immediatē concurrere cum causa 2.da immediatione virtutis et immediatione suppositi immediatione virtutis quia ñ agit virtute aliunde sibi cōmunicata immediatione suppositi quia nihil inter Deum et creaturā agentē interponitur hac quaest. a nobis exagitata fuit in 2.do lib. moralis ausc.

In 5.am

In hac Thesi asserimus unicū eē Deum et huiusce rei ratione reddimus quia tunc plura ēent infinita ratio ē quia Deus ē infinitus huic veritati ñ obstat quod Angeli psal. 8.o etc. nuncupentur Dii ita enī apellantur propter potentiā qua prediti sunt nec etiā quod magistratus vocentur dii psal. 81.o ita enī apellantur ñ proprie sed καταχρηστικῶς et abusive quia Dei imaginē prae se ferunt

In 6.am

In hac Thesi dicimus angelorū sciam eē finitā et huiusce rei ratione reddimus quia scia infinita ñ pt cadere in essentiā finitā qualis ē Angelica

In ultimam

In hac Thesi duo de Angelis dicimus 1.o illorū numerū magnū eē ñ tamen infinitū quod illorū numerus magnus sit patet ex variis locis qui a nobis allati fuere in compendio nostro phyo 2.o dicimus de Angelis nos ~~illi~~ ignoscere ordinē nec tamē illorū seire his verbis reiicimus errorē eorū qui ausi sunt designare diversos ordines qui sunt Angelos quod falso tribuitur Dionysio

Finis observaonum in Theses publicas

432 page written on 232 (ult)

Bt. Hodgson May 1815

rc. 10
bl. 4
bed. 3
fi
li 4 6

trois
ou il y a ~~deux~~ il y en a deux
trois et deux font cinq

Doncq.

